



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





num. 86.

30 PB

Scot

Sc 211420

~~P.~~  
Pista  
J.B.)

14973

~~P.~~  
Pista

321663

D.E

321663

# OCCULTIS LITERARUM NOTIS.

SEV

*ARTIS ANIMI SENS A  
OCCULTE ALIIS SIGNIFICANDI,  
aut ab aliis significata expiscandi enodandi que,*

LIBRI QUINTUS:

QUIBUS AUCTARIUM ACCESSIT

Additamenta quædam continens, ad præcedentes his  
bros, tum novis inventis, tum pluribus exemplis,  
auctiores & illustriores reddendos:

JOAN. BAPTISTA PORTA  
NEAPOLITANO AUCTORE.

*EXPLICANTVR AVTEM INTER  
cetera & veterum quoq; scriptorum loca, hac de arte  
loquentia invidemq; petita.*

Editio postrema, priuiciale castigatio.



ARGENTORATI  
Impensis LAZARI ZETZNERI Bibliop.

M. DC. VI.



# TYPOGRAPHUS

## LECTORI S.

**N**ostri maximum inter cujusque rei artifices imperitosque discrimen esse : vel ipsa experientia, non contemnenda iis in rebus, quae in agendo facienda consistunt magistra docemur. Hinc namq[ue] & ædificari non ad sartores sutoresvè confugimus, sed ad cæmentarios, fabros lignarios, architectos, aliosq[ue] artitum eam ad rem pertinentium gnaros : & è contra vestes aut calceamenta empturi, facienda locaturi, nō d hos, sed ad illos nos conferimus. Ac licet s, qui animum non advertunt, mechanicis intùm in artibus id obtinere videatur : in aliquis tamen omnibus quarum finis præipuus est, aut actio aut operis cuiusdam effectio, idem quoque locum habere, & monetib. viris doctis credimus, & in quibus am nos ipsi pro ingenii tenuitate sic sat manifestò deprehendimus. Sunt autem ejus eam generis ars civilis & militaris, eò ipso à ceteribus hoc dictæ nomine. Nam & has & omnisimiles alias certis præceptis comprehendì, certaque doceri discique methodo osse, non libri modò de iisdem scripti, sed viri maximi tam veteres, quantum sci-

*Discrimen  
inter artifi-  
ces & per-  
tos atque  
imperitos  
cuiusq[ue] arti-  
bus.*

*politicæ  
ars bellicæ*

## P R A E F A T I O

mus audivimusque, quām recētores mul-  
ti multis illustrissimisque docuerunt exē-  
plis: quæ, cum literatis cump̄ primis, quibus  
hāc eduntur, satis nota sint, in medium nūc  
afferre opus non esse judicamus. Est autem  
politicae, militaris, aliarumque ejus generis  
artium pars non minima, consilia ea, quæ  
hostibus cum iinnotuerint, nobis obesse  
possunt. iisdem occultare, atque ita signifi-  
care posse amicis, ne vel tabellario impro-  
bo, vel ipsis mox hostibus, si fortè ea quibus  
concredita sunt intercepta fuerint, ulla ra-  
tione innotescant. Quamobrem & veteres  
& recentiores quidam viri prudentes eam  
in rem, ut & alia ad animi secreta occulte si-  
gnificanda, solertia aliquot excogitavere  
strategemata. Qui autem plura magisq; in-  
geniosa congesserit, excogitarit, ediderit  
que, Joan. Baptista Porta viro doctissimo,  
hodierna die quantum sciam extat nemo  
Quod enim ad veterum hac de re edita seri-  
pta attinet, cuiusmodi illa fuerint, vix sci-  
ri potest. Tenuerunt hanc artem procul du-  
bio veteres per quām multi, ut ex historiis  
videre est, interdum à nonnullis reapse u-  
surpatam: & in quorundam scriptis quoq;  
vestigia supersunt, uti Ovidianis, à Porta  
quoque adductis: elegantissimusque locus  
extat apud Ausonium, quo nonnullas re-  
cenſet, tandemque subjungit

in-

*Consilio-  
rum  
quorun-  
dam occul-  
tatio, suc-  
tague ad  
amicos per  
Lasso.*

*Librorum  
Porta, com-  
mendatio.*

## AD LECTOREM

*Innumeras possum celandi ostendere formas,  
Et clandestinas veterum reserare loquelas.*

Sed utinam non solum meminissent, aut de scientia essent gloriati: sed ut ea de re integrè perscripsissent: aut si perscriperunt, ea ad nostra quoque tempora pervenissent.

Quod cum factum non est, cò usque dum quid horum fiat sua Portæ laus constabit integra. Quam etiam ob causam, cum vide-rem libros ipsius de furtivis literatum notis, vulgo de Ziferis inscriptos, à bonarum artium studiosis magnoperè experti, eaque forma editos, ut aliâ potuerint multo comodiore minorisque parabili: in animum induxi, meo rursum eosdem prælo committere. Posteaquam autem rem ipsam agressi sumus: quinque hæc insuper à nobis deprehensa sunt obtigereque, de quibus tē, lector benevole, commonēdum duximus.

Nam & de utilitate horum librorum, præter ea quæ author ipse eadem quoque de re tradidit, nonnulla adjicienda visa sunt: & titulus immutandus: & mendæ castigandæ: & de quibusdam exemplis monendi incautiōres: & viri cuiusdam bonarum literarum amantissimi obiter quædam inter perlegendum animadversa, tabulæque his ex libris confectæ adjiciendæ. Ad utilitatem igitur quod attinet: Dominus Porta non uta-

*Editionis  
causæ.*

*Commoni-  
stiones qua-  
dam.*

*utilitas  
horum li-  
brorum.*

# P R A F A T I O

lij, unam atque alteram tantum artis hujus  
 ratione attigit: sed circiter 180. ea industria  
 diligentiaque pertractavit: ut non infinitis  
 tantum partibus exuperaret hac in re alios:  
 sed & viam rationemque ostenderit, qua  
 vestigia ipsius secuti, innumeros propemo-  
 dum alios insuper quoque modos excogi-  
 tare possumus. Id quod nobis uno atque al-  
 tero exemplo is, cuius animadversiones ta-  
 bulasque edimus, ostendit. Trithemiana  
¶. *Militia.*  
 certe Polygraphia cum his Portæ libris nec  
 methodi diligentia, nec generum multitu-  
 dine, nec explicationis perspicuitate confe-  
 renda est: licet non sine fructu operis utrius-  
¶. *Militia.*  
 que lectio[n]em conjungi posse non eamus  
 inficias. Ac sanè si non alia, hac certe de cau-  
 sa rei militaris civilisque cum primis pruden-  
 tiæ studiosis atque adeò omnibus iis quibus  
 secreta aliorum rimari animus, Porta per-  
 legendus est. Quoniam in potestate quidem  
 nostra est, hac arte non uti: sed ne adver-  
 rii, hostes, aliquique eam usurpent, prohibere  
 non possumus. Atqui si qua evenierit / de  
 quo utique rei militaris civilisque studiosis  
 magnopere laborandum ) ut in manus no-  
 stras ejus generis hostilia strategemata alia-  
 ve scripta perveniant: Portæ auxilio eadem  
 agnoscere detegereque poterimus. Est e-  
 nim & id ipsum quoque in iis numeran-  
dum

## AD L E C T O R E M.

dum quib. hilibri aliorū hac de re edita mo-  
numenta longissimè antecellunt: quod nō  
solūm inveniendorum hujus generis stra-  
tegatum, sed & usurpatorum ab aliis,  
quoad fieri potest, evolvendorum ratio-  
nem singulari industria solertiaque explicat.  
**Quid** quod veterum scriptorum loca per-  
quam multa hac de arte loquentia, aut ex *4. Philica.*  
cadem petita sēpeque numero satis obscu-  
ra quām manifestissima reddunt? id quod  
rectis rerum arbitris antiquitatisq; studio-  
sis omnibus procul dubio futurum est lon-  
gè grātissimum. Habebunt autem & mer-  
catores & chymici, aliique quibus res suas  
tenebrarū involucris tegere cordi est, mul-  
tò ampliorem hīc ejus rei quām ante hac  
segetem. Sed cum ipsi sēse hi libri satis su-  
perq; sint commendaturi: relicta hac parte,  
de titulo à nobis immutato nunc pauca di-  
camus. Qua in re nō diffitemur quidē, indi-  
catum nobis, quām gravibus ex auctoribus  
ponendi sui occasionem sumpserit D. Por-  
ta: quoniam tamen & furtivi tralatio minus  
grata lectoribus, & Ziferarum titulus haud  
necessarius, is denique qui nobis placuit, &  
acceptior futurus, & plenior visus est: illius  
loco substituendum curavimus. De mēdis,  
quod tertium erat, hoc affirmare possumus:  
*De mendis.* **magnum** hac nostra editione sublatum nu-

## P R A E F A T I O

merum. Id quod facile deprehendent, qui  
eam cum priore contulerint. Quod autem  
quarto loco de exemplis quibusdam hos  
monituros diximus, ita sese res habet. Du-  
um namque generum exempla afferre solet  
autor: aliena & sua. Et quo ad aliena. qui-  
dem, veterum puta scriptorum, com-  
muni omnium interpretum jure tutus vi-  
detur. Ii namque cujusmodi invenerint  
talia quoque nec aliter adducere solent. Id  
enim ni fieret, non interpretum sed aucto-  
rum fungentur munere, aut etiam falsa-  
riorum. Ea autem quæ ipse configit, inter-  
dum ejusmodi sunt, ut alia omnino ma-  
luissimus: Sed cum lex Christianæ cha-  
ritatis meliorem in partem omnia in-  
terpretanda præcipiat: non eam ob cau-  
sam adducta judicamus, ut quicquam in-  
de consimilia audendi occasionem arripi-  
at: sed ut ab improbis usurpata agnoscat,  
eosdemque dehortetur atque impedit. Ita  
namque & alijs quoque optimis quibusdā  
in libris multa recensentur improba: non  
ut ea imitetur, sed ut tanto majore cautio-  
ne vitare prohibereque discamus. Et iter  
facturis devia quoque locaque periculosa  
indicamus, ne alioquin eorundem ignari  
in dispendium fortè periculum vè impru-  
dentes incident, aliosque eò properantes  
& ipsi

IV.  
*De exemplis quibusdam.*

## A D L E C T O R E M.

& ipsi quoque præmonere dehortariq; pos-  
sint. Ut ut certiores sese habeat, tollere ea  
ausus non est is, qui nos hac in editione a-  
dornanda juvit: ne alieno in opere nimium  
sibi permisisse sumptusque videretur. Quā-  
obrem incautiores lectors etiam atque et-  
iam admonitos volumus: ut ipsi quoque  
quid hac in re muneris ipsorū sit diligenter  
cogitent, caveantque, ne quæ bono ipsorū  
eduntur, imprudentia sua ipsi sibi in venc-  
num perniciemque convertant. Sed de his  
haec tenus. De Auctario quoque quinto  
loco commonendus est lector, illud ab ipso  
authore in postrema operis recognitione  
libris hisce adjectum esse, ut et novis qui-  
busdam additamentis & pluribus exemplis  
ipſos redderet illustriores. Istud Auctarium  
libris hisce quinq; subjecimus: ita tamen ut  
non solum libri, sed & paginæ & lineæ indi-  
ces adderemus, quo facilius lector quemli-  
bet paragraphum seu additamentum ad  
proprium locum posset referre. Supereat ul-  
timum commonitionis nostræ membrum:  
de iis nimirum quæ oræ libri sunt adscriptæ,  
inque fine adjectæ paucæ quædam animad-  
versiones & schematismi, breviter quoque  
rationem uti reddamus. Ea namq; inter  
perlegendum materia huius quam difficil-  
limæ, facilioris intelligentiæ memoriaque

V. De Au-  
ctario.

V. De mar-  
ginalib. ut  
vocab. in  
rem tabu-  
lis & An-  
madversio-  
nibus.

## PRÆFATI O AD LECTOREM.

causa obiter is, cuius ope usi sumus, conscripsit, liberaliterq; potestatem fecit unā cum his libris edendi: Ut si qua fortè possint, aliis quoque sint usui: sin autem doctioribus magisque abundantibus ocio, aut D. Portæ aliter visum, ab iisdemque certiora comprehensa fuerint: hæc pro non scriptis auctore non invito haberi poterunt. Quæcum ita sint & lectors cuncta æqui boniq; consulturos speramus: & D. quoque Portam nos excusatos habiturum confidimus. Cum & jure vulgo jam à typographis recepto usi simus: nec quicquam de consilio ipsius ob nimiam locorum distantiam suscipere potuerimus. Tu benigne lector, & D. Porta quoque si velit hac nostra utriusque operae bono vestro fruimini,  
æternumque valete,

AD



# AD LECTORES PRÆ- FATIO AVCTORIS.

**R**uirenti mihi veterum in omnirerum generere quādā manu scripta monumenta: ut arcani quid eis abditi inde de promerem: ( ita me semper ad hac propensum natura tulit ) cum non semel contigisset in obscuras quasdam notas eis characteres impingere, quibus scriptores dum legentibus inadverteretur cognitionem ex industria solent sua scripta occultare: ea dimittere sapenumero cogebar, ad qua magis cupiditas animum accendebat. Verum cum ea sit hominum conditio, ut qua multum appetimus, eo ardentius appetamus, quia adea assequenda maiore esse solet difficultas: ea de causa factum est, ut subtinuerim non prius ab incepto desse.

Occasio sa  
lecpii hui  
ius operis.

## P R A E F A T I O

desistere, quād omnes ejusmodi notas, quae occurrerant, agnoscere interpretariq; possem. Nec voto fortuna beneficium defuit: characterum enim significationē accuratiūs per quirenti, & in hoc non parum elaboreanti, res usq; adeò feliciter cessit, ut huic mox inquisitioni serio additus, non paucas ejusmodi notas interpretarer: quodcum de cetero aliquandiu enixius quasi vissem, ita profeci, ut collectis ejusmodi quamplurimi characteribus, cum multiplex esset ratio interpretādi, & multorum scriptorum collatione comprobata, de illis librum cōscribere decreverim. Sed quomodo id fieret recte, primū neq; ipse fatis intelligebā. Quare circa initia, ut nonnulla ad hoc oportuna colligerem qualibet formam traderent, mihi labor fuit non modicus,

Rudimen-  
ta prima.

## AVCTORIS.

modicus. Calamo demum nonnullas preceptiones, quæ se memoria& statim offerebant, commisi: ne in ijs perquireretis, quoties opus esset nimis elaborare. Nque enim sperabam rerum varietate in tantum posse opus excrescere. Siquidem cum huic rei intentius operam navarem (quid enim labor non efficit?) tantum profeci, ut brevi allatas undique epistolas hujusmodi notis scriptas amicis rogantibus interpretarer. Vnde eam de me apud eorum animos admirationem excitavi, ut non defuerint literarum imperiti, qui hoc mihi non aliunde, quam ex arte magica, vel alicujus numinis afflatu provenire existimarent: quod totum ratio contextus ex orthographia petita fontibus satis aperte indicabit. Sed ut videant, quibus regulis in his progreder,

Adornatio  
editionis.

## P R A E F A T I O

Consilii  
mutatio  
prima.

• rer, quas collegerā per hos dies, dum  
animus gravioribus curis feriatus,  
levioribus his studijs incumbit, typis  
excudendum curare statuerām. Ve-  
rūm cogitās quām variis hominum  
judiciis & zoilorum obtrectationi-  
bus, qui sui ingenii acumen in alio-  
rum laboribus solent experiri, illi ex-  
ponerentur, qui libros in publicum  
emittunt: statui (lectores humanis-  
simi) hoc opus tamdiu apud me re-  
servare, donec illud cum aliorum li-  
brorum classe, quorum nomina in  
nostra Encyclopedie indice protu-  
limus, simul absolutum ederetur. Sed

Mutatio al-  
tera, eiusq;  
caussa. i.  
pluribus tandem rationibus necesse  
fuit consilium mutare. Cum enim  
hujus operis fama vulgaretur, dum  
adhuc sub iudece esset, partim ami-  
corum non paucis efflagitationibus,  
quos magna jam dudum legendi ope-  
ris cu-

# A V C T O R I S.

ris cupido incesserat: et partim invitorum motus impulsibus, qui ejus rei, cum à nemine bacterius fuisset pertentata, honorem hunc nobis invidebant, commodum duxi rem ultius non differre, sed diligenter editionem festinare. Nos verò negotium hoc totum in duas partes dividemus sielicet occultè significare, et significata percipere, uni primum et secundum, alteri tertium, et quartum librum dedimus. Signa, quibus significamus, vocalia, semi-vocalia, et muta, quomodo fiant, ex veterum et recentiorum praeceptionibus, visibilia, queque visum effugiant universo primo libro conscripsimus, Scripta verò literis charta exaratis, et qua interceptorem eludant, que labore, quaq; minimè interpretari possunt: postremo, qua non

Argumentum & distributione  
in libros 4.

## PRAEFATIO AVCTORIS.

non solum intelligi, sed ne suspicio-  
nem quidem inferant secundo libro  
docuimus. Tertio quomodo inter-  
pretari scripta debeat, exempla duo  
apposuimus, unde lector reliqua va-  
leat interpretari. Demum quarto  
libro tabulas conscripsimus, quarum  
auxilio verba facilius quæsta repe-  
riri possint, ne quid facilitatis eis  
diligentia huic negocio de  
esse videretur.

JOAN-



JOAN. BAPTISTÆ  
PORTÆ NEAPOLITANI DE  
OCCULTIS LITERARVM  
NOTIS.

LIBER PRIMVS.

CAPVT. I.

*Quid sint occultæ seu furtivæ literarum nota.*



CCVLTAS seu furtivas & notas  
politioris literaturæ viri eas li-  
teras appellant, quæ artificio  
huiusmodi confictæ sunt, ut  
non possint ab alio, quam ab  
eo, cui literæ destinantur, in-  
terpretari. Quod si rectè nobis animadversum  
fuerit, id nomen literis illis congruere planè  
videbimus, quas nostrates vulgò bZIFERAS no- & zifera.  
minant. Has igitur furtiuas literas, si maiorum  
nostrorum monumenta percurrentibus lice-  
bit quicquam animo conieeturare, & nil aliud & 2. Definitio.  
nisi notas esse dicemus, quibus vel occultè vel  
breuiter aliquid rei gñaris, quibus rem explo-  
ratam volumus, manifestamus. Notas dverò ap- & Nota quid.  
pellamus, quod literas, syllabas, & dictiones,  
( vt Isidorus eait) præfixis characteribus no- & Etymon.de  
tent, & legentium animos ad significationum quo infra c. II.  
notitiam revocent, quófut, fvt qui eas scribunt, f Notarij.  
notarios appellemus. Quod si earum vsuni  
perspexerimus, his tantum rebus eas inservire  
A dicemus,

## 2. DE OCCULT. LIT. NOT.

*¶ 1. Exemplum  
in sacris ! de  
quo cap. 2. & 9.  
¶ 2. Exemplum  
in scientijs re-  
zū occultaꝝ.*

*¶ 3. Exemplum  
in re bellica, &  
alijs quibusvis  
gravibus.*

dicemus, cuiusmodi sunt *g* res sacræ, occultarumque *b* rerum scientiæ: siquidem ne à prophanicis, nec dum sacris illis mediocriter initiatis illæ violentur, nevè abdita detegantur mysteria ea sæpe ignorabilibus characteribus, & symbolicis quibusdam figuris à maioribꝫ tegi, & occultari consueverunt. In *i* arduis quoque rebus, magnisque negotijs, ut poté civitatum obsidionibus, arcium expugnationibus, pontificalium suffragiorum comitijs, in amoriibus etiam, alijsq; id genus ad securitatem utemur. Quoties enim expedit regibus, eorum vicarijs absentibus, doli conscijs, alijsvè alijs in rebus occulta nostri animi cōſilia exponere, ne literæ ab exploratoribus, grassatoribus, præsidibus, qui oportunis locis dispositi adhibētur (longæ enim Regum & Principum sunt manus) interceptæ, occulta illis consilia detegant, in maxima præcipue temporum licentia, tūm delicta vetare nemo audeat, ad earum usum, ut nobis cautionem præstent, confugimus. Præterea & brevitatis causa inductæ sunt, ut puta si quid compendiosè scribendum sit, ne verborū, non minumque crebra repetitio in scribendo tædium afferat, utque minori cum labore possit quicquid opus sit arctius comprehendendi. Non immerito igitur in his notis excogitandis multorum divexata sunt ingenia, quorum quam plura super ea re commenta suis locis prosequemur.

*& Secundus fi-  
nis, scripturæ  
cuiusvis com-  
pendium : de  
quo cap. 3.*

**CAPUT**

## C A P V T I I .

*Quod occultis seu furtivis hisce notis usi sunt,  
qui res sacras & occultas scientias scripserunt.*

**A**Egyptii a sacerdotiis antistites, ut Corne-  
lius Tacitus ait, veri ne sacra locum inter  
prophana sortirentur, enigmaticis illa quibus-  
dam sculpturis & characteribus contegebant,  
invisibilia enim per visibilia rerum mysteria si-  
gnificantes, nefas arbitrabantur facile sic ea li-  
teris committere, ut possint à communi & in-  
digna plebe violari. Vnde suas literas cōmunes  
habebant, quas omnes perdiscerent, sed quas  
appellabant sacras, soli noverant sacerdotes, à  
parentibus privatim acceptas.<sup>b</sup> Apud AEthio-  
pes etiam, quorū coloni fuisse videntur AEgyptij,  
ijsdem omnes utebantur figuris, cuius ge-  
neris literæ hieroglypha grāmata nuncupant,  
quòd ijs notis sacrarum rerum mysteria trade-  
rentur.<sup>c</sup> Chæremon etiam fuisse traditur, qui  
hieroglyphica scripserit.<sup>d</sup> Sunt tamen qui pu-  
tent, e cū per animalium figuræ sensus mentis  
AEgyptij effingerent, nondum usitatissimam  
literarū & scripturæ rationem extitisse. Verùm  
sic mos hic scribendi antiquissimis temporib.  
invaluit, ut f vetustatis monumenta omnia in  
columnis, quæ in Minervæ, aliorumq; Deorū  
templis erant positæ, huiusmodi notis signa-  
rentur: cuiusmodi columnas multas fuisse ab  
Hermete Trismegisto inscriptas g Iamblichus  
alijque testantur. Legitur etiam<sup>b</sup> Mercurius  
Deificam viam & anagogicam ad divina hiero-

<sup>a</sup> 1. Exemplum  
AEgyptiorū sa-  
cerdot. Ex Tacito.  
Qua de re  
rursum infra  
cap. 9.

<sup>b</sup> 2. Exemplum  
AEthiopum.  
Qua de re  
Diод. Sicul.  
lib. 5.

<sup>c</sup> 3. Exemplum  
seu testimoniu-  
potius Chæ-  
remonis. De  
quo Suidas.

*Ιερογλυφοῖς*

<sup>d</sup> Aliorū quo-  
rundā opinio.

<sup>e</sup> Polydor. Vir-  
gil. de invētor.  
terū lib. 1. cap.

<sup>f</sup> 6. & Amian.  
Marcellin. li. 17

<sup>g</sup> 4. Exemplum  
seu testimoniu-  
inscriptionum  
quarundam.

<sup>g</sup> De mysterijs.

<sup>h</sup> 5. Exemplum  
scriptorū Mer-  
curij Trisme-  
gisti.

A 2 glyphi-

glyphicis literis perscripsisse, quas postea in adytis AEgyptiæ urbis, quam Soin dicunt, Bithis propheta inventas, Ammoni Regi interpretatus est. In i obeliscis quoq; Sesostridis &

<sup>z 6.</sup> Exemplum Obeliscorum <sup>\* Semno</sup> sernei, qui ex AEgypto in urbē Romā quotundam.

• Semnesertei, devecti sunt, per huiusmodi notas rerū naturæ

<sup>k lib. 36. cap. 8.</sup> interpretationem adnotatam esse Plinius k &

& seq. legatur Strabo testantur. Vnde AEgyptiorum Theolo-

& Angelus.

Rocha bibliot. Vtigianæ emblem. 6. & 11.

<sup>l lib. ultimo.</sup> giæ ænigmata propter obscuritatém (Iambli-

chus ait) divinæ sapientiæ Musâ, ut solvantur,

indigere. Hi namq; in huiusmodi Mystagogia

universi naturam, ac Deorum architecturam

imitati, mysticarum & latentium intelligentiarum

quasdā imagines symbolicis nutibus aperiunt, & antiquissima etiamnū vetustatis mo-

numenta immanib⁹ impressa saxis cernuntur,

qualia me olim interpretari memini. m In hanc

sententiā Lucan⁹ doctissimè ita breviter canit:

*Phœnices primi: fama si creditur, ausi*

*Mansuram rudibus vocem signasse figuris,*

*Nondum flumineas Memphis contexere biblos*

*Noverat, & saxis tantum volucresq;, feraq;,*

*Sculptaq;, servabant magicas animalia linguas.*

<sup>n 8.</sup> Exemplum notarum magicarum.

Quasdā sibi etiam n Magos characteres effinxisse, & reperisse vidimus, quib⁹ suam scientiam ab usu & vulgarium lectione vindicarent, ut quisque in Honorio Thebano & alijs videre poterit. o Apuleius de his notis sic meminit.

De opertis adyti profert quasdā libros, ignotis literis prænotatos, partim figuris huiuscmodi animaliū concepti sermonis cōpendiosa verba suggerentes, partim nodofis, & in modū

rotæ

<sup>o 9.</sup> Testimonium Apulei lib. 11. metamorph.

totz tortuosis, capreolatimq; condensis apicibus à curiositate prophanorū lectione munita.

## C A P V T III.

*Quod his etiam notis scribunt, qui  
velint compendiose scribere.*

Hac de re rut-  
sus inf. cap. 13.

**V**ETERES a quoque, ut in scribendo cele- <sup>a 1. Genus Ve-</sup>  
ritas in promptu esset, sibi vulgares notas <sup>terū usus no-</sup>  
quasdam præfigurarunt ex arbitrio, ut cum b in <sup>tarum.</sup>  
senatu adessent, illis usi sic brevitatis causâ scri- <sup>b 1. In Senatu.</sup>  
berent: & c Ciceronis ætate ab anagnostis epi- <sup>d 1. Exemplum</sup>  
stolæ & orationes scribebantur, ut ne verbum <sup>generalius.</sup>  
quidē excideret, & quicquid per contentionē <sup>e 2. Exemplum</sup>  
in judicijs dicerent, librarij complures, vel <sup>singulare.</sup>  
amanuenses exciperent. Eos autē his nominib- <sup>f 3. Exemplū.</sup>  
vocabant, quorū ministerio à manibus uteban- <sup>g Exemplum</sup>  
tur, idq: diversis inter se partibus. d Apud Plu- <sup>f 2. In scholis.</sup>  
tarchū etiam legimus ex Catonis orationibus <sup>g Exemplum</sup>  
illam; quam is in coniuratos Catilinæ contra <sup>h 2. genus Si-</sup>  
Cæsarī sententiam habuit, hoc modo exceptā, <sup>gillorum usus.</sup>  
& ad suā usq; tempora servatā solam sic extare. e <sup>i. In scholis.</sup>  
sic & senatorum sententias, dum recitarentur <sup>j. Exemplum</sup>  
brevi scripto multa cōprehendente, exceptas <sup>k. Exemplum</sup>  
fuisse. f Nec solum in senatu sed etiam in scholis <sup>l. Exemplum</sup>  
olim pleraq; dictabātur discipulis excipienda, <sup>m. Exemplum</sup>  
ita ut, licet incommodè, notulis tamen & linea- <sup>n. Exemplum</sup>  
mentis compendiose scriberent. Et Suetonius <sup>o. Exemplum</sup>  
refert g Titum quoque Vespasianum pluribus <sup>p. Exemplum</sup>  
notis verba excipere velocissimè solitū more <sup>q. Exemplum</sup>  
notariorum. h Vt celeriter quoq; verba com- <sup>r. Exemplum</sup>  
prehenderent nominum verborumq; primas <sup>s. Exemplum</sup>

literas notabant, uti nunc in monumentis historiarumq; libris satis liquet. Sic C R *civem Romanum* significabant. O P oportere. ABVC ab urbe cōdita, Sic PPPPESSEVVVVVVVFFFF primus pater patriæ profectus est, secum salus sublata est, venit vīctor valid<sup>o</sup>, vicit vires urbis vestrae, ferro fame flamma frigore: ut apud Valerij Probi libellū de Romanorū notis interpretandis videre licet, quē multis postmodum notis Petrus Diaconus auctiorem reddidit. D I L I A etiam significari volebant, de isto lapide invenies aurum. His etiam notis D T *dunaxat* denotatur. Huiusmodi notas i Ennins mille & centum induxit. Sed Romæ Tullius Tyro Ciceronis libertus in hunc modum figurās præpositionum adinvenit, & post hunc Persannius Philargyrus & Aquila libert<sup>o</sup> Mecœ natis alias addiderunt. Deinde Lucius Annæus Seneca coniuncto omnium, digestoq; & aucto numero opus effecit ad quinq; millia prolatū. Refert etiam AElianus Spartan<sup>s</sup> ad Constantiū Augustum de Imperatore Geta lepidū & urbanum cōmentū, quo in conyivijs agendis utebatur, quoties enim is vellet L. Luculli cœnas imitari, consuetudinē hanc in cōvivijs servabat, ut notulis intelligi vellet pro appetandis ferculis. Nam sicubi in prandio exhiberi voluisse Payos, Porcellos, Piscas, et Pernas, sic apponebat PPPP, si Farcta, Fafianos, et Fitus, FFF scribebat, & pari literarū ordine alia varij generis edulia designabat. Augustū quoq; apud Suetonium, cum i per CS scribi antea cōsueisset, talicharactere X brevitatis causa usum legimus, quod ad no-

i Auctores  
quidam no-  
tarum.  
1. Ennius.  
2. Tyro.  
3. Philarg.  
4. Aquila.  
5. Seneca.  
k. In convi-  
vijs.

Lit. inven-  
tio.

ad nostram usque etatem usu manavit, *m* eun-  
demque Z characterem ex Græcis mutuatum  
fuisse, ne in scribendo duplex SS tedium affer-  
ret. n Erant & Romanorum prænomina notu-  
lis \* præscripta, ut in nummis argenteis, & an-  
tiquissimis marmorib<sup>o</sup> apparet, & Plutarchus,  
Sosipater, Donatus, & Priscianus testantur. o  
Quædam etiam scripturarum notæ apud cele-  
berrimos scriptores inveniuntur: quarum ad  
breviter quippiam denotandum in scripturis  
plurimis est usus; inter quas sunt Platonis no-  
tæ, siquidem is ad dogmata, peculiareſque  
opiniones denotandas duplixi XX utebatur,  
dupliciique ~~τερασιγμένος~~ ad electiores quasdam  
sententias, ornatusque verborum, & asterisco  
ad dogmatum convenientiam. Sic obelum  
istum ↗ in verbis & p ſcientijs superfluè iſe-  
ratis, ſive falsitate notatis, ut quaſi sagitta iu-  
gulet superflua, & falsa confodiat, veteres ap-  
poſuerunt: & antigraphum ubi O in transla-  
tionibus diversus ſensus habetur, hoc etiam  
asterisco cū obelo ✕ q. Aristarchus in ver-  
ſibus utebatur, qui non recte ſuo ordine fuſ-  
ſent dispositi. Chrisanor P etiam ab omni-  
bus ex arbitrio ad aliquid notandum adiungi-  
tur. Sunt & alia, quæ in ethymologijs r Isidorus  
memoria prodiſit. Nec minùs in omnibus  
ſcientijs videre licet, ſi ut in libris legum, ubi  
ſuorum verborum notæ figurantur. Apud ve-  
teres enim mos fuit, ut in peragendis causis  
rēm certis literis denotarent, notas enim con-  
demnationis, & absolutionis constituerunt,

<sup>n</sup> z lit. inven-  
tio.

\* Exemplum  
ad figilla per-  
tinens.

\* Perscripta.

\* 4 Genus. Ad  
ſentētiā vir-  
tutemque, aut  
vitia &c. scri-  
ptorū indican-  
da. Vnde &  
ſententiārum  
notas vocat  
Isidorus.

P Sententijſ  
dicere voluiſ-  
ſe arbitror.

q Aristarchi  
mos.

r Lib. I. cap. I.

s In ſuriſ  
formulis.

Qua de re hi  
videantur au-  
thores: Probus  
Goltz, Manut:  
& Barn. Bris-  
ſon. in lib. for-  
mul.

A 4 utab

ut ab Asconio Pediano rectè animadversum est, siquidem damnatus K literâ denotabatur, absolutus verò A. Multis namque in vocibus, absque discrimine literis C & K usi sunt veteres Ro. ut Kalendæ. Kardo. Kæso &c. Et de judicio recuperatorio in veterum notis & elegiis à notarum magistris sic scribi solitum est.

**QERETPIRDTQPDTDDPF.**

*Quanti ea res erit, tanta pecunia iudicium recuperatorum dabo, testibusque publicè duntaxat decem denunciandi potestatem*

**s. Io. Petr. Va-**  
**lerian. hiero-**  
**gli. lib. 37. pag.**  
**272. & 274.**

**u. Abolitio ha-**  
**rum notarum**  
**lac. Cuiac. d.**  
**cap. ult. lib. 12.**  
**obseruat.**

faciam. Et t alii per  $\omega$  supremam literam mille notabant, per duo etiam KK columnæ causa, per DM dolum malum, & per IE iudex esto. Sed has iuris notas u Iustinianus Imperator postea à legum libris abolendas sanxit, cum multi ingenio callidi per eas ignaros deciperent, unde ad vitanda incommoda literas legibus inscribendas mandavit, ne amplius fraudes, ambagesque huiusmodi notæ inducerent. Extant tamen adhuc hæ figuræ s. & ff.

quarum altera paragraphos, altera digesta designat. Sunt & aliæ multæ quarū in libris legum maximus est usus. Idem quoq; in x mathematicis, præsertim astrologia, in qua etiamnum harum figurarum reliquiæ manent. Veteres enim astrologi, vel quòd suam disciplinam tanquam divinam & sacram vulgò occultare quæsierint, vel quòd cœlestia signa ab AEgyptiis (unde ferunt eam primùm manasse scientiam ob aëris obsequium) figura dignoscerentur, vel quòd brèviter scriberent, illas induxerunt, suasque figurant ~~et~~ solitas. Arietem enim &

Taurum

**s.**  
**ff.**

**w VI. In astro-**  
**logia.**

Taurum V à cornibus tali charactere præfigurant, sic II Geminos ab eorum amplexibus, Leonē, Scorpionem & Capricornum à cauda pingunt Ω m ♂, à spica ♀ Virginem, à bilance Libram, & Sagittarium à sagitta ♣. Nec dissimili ratione Saturnum à falce ℌ vel ab incurvitate, à sceptro ♐ Iovem, à clava vel sagitta ♂ Martē, à fulgore, & radiis ☀ Solem, à speculo ♀ Venerē, à caduceo ♀ Mercurium, à crescentibus, & decrescentibus cornibus ♪ Lunā. Sic & Adspetua.

horum aspectus, triplicitates, & octavæ sphæræ configurationes notant. Siquidē ✶ hexagonū significat: □ quadratum: △ trigonum. Conjunctiones verò planetarum tali signo σ & oppositiones hac nota ⚭ exprimuntur.

y Chymica quoque ars ijs vtitur, vt obscurè, VII. In chymicis. Vide ea simplicia describat, quæ non nisi à prudentum lectione vindicentur. Ammoniacum itaque *salem* que notavi ad Albert. Mag. de chymici Δ litera notant, arsenicum ☠, sic auripigmentum, & hujusmodi reliqua, quæ suis

modis recenseri supervacanei laboris esset. z z VIII. In Nec musici suis carent notulis. Ad tempus si-

quidem mensuramque denotandam diversos excogitavere characteres, vt in eorum libris plane videre est. IX. In arte militari.

veteres. In breviculis enim, quibus militum nomina continebantur, propriæ erant, in quibus duces militū numerum, quot ex ijs supererent, quotq; in cladibus occubuerint inspicserent, nā qui supererant T thatū versiculi initio notabantur, qui verò ceciderant ⋄ theta, quasi haberent permedium telum Martis signum.

A s Dethau,

T „ De thau, quod salutaris sit nota, legitur in  
 • „ Ezechiele: *Et scripsit thau super frontes virorum ge-*  
 Θ *mentium. Eoque modo θ theta damnationis &*  
 Satyra 4. et ibi mortis erat nota. b Persius ad id,  
 Anton Foquel. Et potius es nigrum vitio prefigere Theta.

<sup>Notæ seu tasse-  
ta ad stipendia</sup> A Si pueritiam denotare vellent, lamda litera veteres vtebantur. Sic & ad designandam stipendiorum largitionem propriæ erant notæ: Quare colligendum est, omnes scientias proprios sibi characteres ascivisse, quibus occultius, breviusque scientiarum materia tradentur.

## C A P V T IIII.

*Quod his notis scribere præcipue solent, qui magna negotia tractant, quāmq; earum cognitio vtilis semper, & necessaria extiterit.*

a Veterū mos.

b Vtilitas & ne-  
cessitas.

c Argumentū  
ab effectu.

Q Vod in rebus necessarijs ijs notis a maiores res vti fuerint, clatè inferius demonstrabimus, cum modos referemus, quibus illi secreta tractaturi perscriberent, nam vel alieno & ignoto idiomate loquebantur, vel diversis characteribus, diversisq; eorum transpositionibus, vt à C. Cæsare, ab Augusto, & à Cicero ne postmodum factum referemus. Sed primo b quantum harum notarum ars vtilis semper, necessariaq; extiterit, indicabimus, ut ijs, si qui sunt, qui hanc memorabilem industriam sensa occultandi, & ad literarum diversos sonos, suæ characterum notæ accommodentur, quasi inutilem & vanam aspernantur, & propterea in eam invehuntur, obviemus. Quid c enim vtilius

lias profectò, præstantiusque esse potest, quām magnis in rébus, quarum si occulta consilia proderentur, maxima essent subeunda discrimina, ante sibi quempiam caverē, vt non modò missæ literæ non intelligantur, sed ne doli quidem ex se suspicionem relinquant: quo fiet, vt ijs indetectis, & rerum possit is pericula effugere, & sui facile voti compos evadere. Sed ne interim tormenta locum habeant, vt veritas exigatur quo astu possit præcaveri, ne literæ intercipiātur, post traditos novos componendi modos indicabimus, atque alienas in se paratas fraudes sic agnoscere, vt frustratis ijs, facile possit se à damnis & insidijs omnibus eximere, quod quantum afferat momenti pro ipsa negotiorum qualitate existimabitur. Negotia hujusmodi permulta, magnaue esse possunt, cuiusmodi sunt res privatæ, amantium, aliorumque, pontificum præterea comitia, hostiū consilia, aliaq; eius generis permulta, quorum innumeri poterunt casus evenire. Sed vt res exemplis comprobetur, non inopportunum existimò hoc in loco materiā ab historicis, tūm Græcis tūm Latinis petere, à quibus facile dici poterit, quantis fuerint in malis versati, qui in magnis rerum negotijs in quibus oportebat consilia occultari, non ab ijs remedijis sibi cautionem quæsiverunt, tūm verò quanta cum dexteritate impunè res suas peregerunt, qui sibi præcaventes ad eorum adminicula confugerant. Narrat itaque Herodotus Histiazum ad Persas, qui Sardibus commorabantur, quiq; de rebel-

*Erat. seu lib. 6  
Exempla*

contrariū con- de rebellione antea secum fuerant collocuti,  
tratisq; even- literas misisse, easq; tabellario cūidam Her-  
sus.

mippo Artaniteo dedisse: Verū evenisse, vt  
is literas, non quibus destinabantur, sed Artapherni  
redderet, quo factū est, vt Artaphernes  
dimisso nuncio, & Persarum responso relato,  
omne proditionis consiliū detexerit, & de Per-  
sis postmodum supplicium sumpserit. Idem

*f2. Exemplum f*fermè etiam Timoxeno Sacioneo contigit in-  
contrarium. terceptis literis, quas ad Artabazum vulgatis  
characteribus scriptas dederat: siquidem con-

venerat inter utrumque vt exiguus libellus telo  
suspensus ad constitutum locum emitteretur,  
cum itaque sagittam Timoxenus dirigeret, vt  
Artabazo civitatem oppugnanti insidias signi-  
ficaret, frustrante iactu, humerum cuiusdam  
Potidætæ percussit, ad quem saucium, eum  
turba, vt assolet fieri, concurrisset, subito revul-  
sâ sagittâ, proditionis fraus detecta est, & gra-

*f3. Exemplum viter in proditorem animadversum. Nec g mi-*  
contrarium. *nus Tito & Tiberio Bruti filijs non occultati*

*consilij temeritas obfuit, quamvis culpa non*  
in literis solum, sed in negotiorum etiam ostend-  
tatione videatur constitisse, postquam literæ,  
quas ad Tarquinios de cōsulibus trucidandis,  
deq; urbe capienda legatis dederat, detecta per  
servum fraude, ad P. Valerij, qui & author pu-  
blicæ libertatis fuerat, manus pervenerunt. Si  
pebris enim arcana inter animi potius se-  
ptasimulacione, quam in verborum & signorū  
ostentatione posuissent, & literæ ignotis cha-  
racteribus fuissent exaratæ, neque fortasse even-  
tus

tus frustratus erat, \* neque illi poenias capitali fuisse.  
 supplicio fuissent. *b* Paulò verò consultior Su-  
 niator opibus inter Poenos, authore Trogo,  
 sua tempestate primarius, quamquam nec eius  
 consilium comprobavit eventus. Is enim cum  
 adversus Siculos à Carthaginensibus bellum  
 inferretur, quod graviter Annoni, qui exerci-  
 tui præterat esset ipfensus literas ad Dionysium  
 misit, non patrio, sed græco sermone perscri-  
 ptas, quibus illi apparatum, adventumq; exer-  
 citus, & ducis segnitiem indicabat. Verùm eve-  
 nit, ut ab Annone græca lingua non ignaro de-  
 prehensis literis & Carthaginem remissis, pro-  
 ditionis convictus, capitali poena plectere-  
 tur. *i* Eadem fermè literarum temeritas effecit,  
 ut non speratus eventus interimendi Macrini,  
 sed Antonini cædes Macrini consilio patrata  
 sequeretur: Refert itaque Herodianus Mater-  
 nianum, sive reverâ id ex certis coniecturis  
 aruspicum & vatum acceperit, sive Macrinum  
 perosus scripserit, Antonino per literas nun-  
 ciasse, ut Macrinum, qui imperio insidiaretur,  
 de medio tolleret, verum redditis literis Anto-  
 nini negligentia contigisse, ut ipse aurigandi  
 studio intentus, literas Macrino legendas tra-  
 deret, iubens ut si quid in ijs momenti esset,  
 sibi postea renuntiaret, is itaq; percepto nun-  
 tio, qui ad suam perniciem tendebat, veritus  
 Antonini saevitiam, ne aliàs prius de eare nun-  
 cius veniret, Martialem centurionem, qui fue-  
 rat à Principe iniuriis affectus, in eius necem  
 destinavit, à quo paulò post pugione percussus  
 & occi-

*b* 4. Exemplum  
 Paulò quidem  
 cautionis consi-  
 lij & ipsum ta-  
 men quoque  
 tristis evetus.

*i* 5. Exemplum  
 contrariū con-  
 trariiq; evetus.

& occisus est, quòd si literæ obscuriùs fuissent perscriptæ, Macrinus de re fortasse, quia non erat nihil veritus, nec epistolæ sententiam percipiens, Antonino literas reddidisset, eoqué modo, neque nuncius in eum damnum vergifset, cui fuit alioquin utilitatem allaturus. *k* Huc spectat & Carthaginem clades à Romanis Claudij ductu, quæ eadem negligentia literarum provenit, illata. Is enim consul intercep-  
tis hostium literis, cum Asdrubalem appro-  
pinquare cognovisset, castris sub legati custo-  
diam relictis, cum exercitus parte Picenum &  
Senam pervenit, ubi cum altero collega iunctis  
copiis propè Metaurum flumen Asdrubalem  
adortus, tam secundo prælio confixit, ut sexaginta sex hostium millia ea die cæsa referantur.

*l* Non dissimile est his, quod Commodo Imperatori ab Herodiano eadem ex causa traditur evenisse : hic enim cum in libello, quales de phylira fiunt, quos ea nocte mortis suppicio addixerat, designasset, dumq; in cubiculo deposuerat, nemine illuc ingressurum ratus, pusio quidam, qui illi delicatissimo erat oblectamento, inter balnea & crapulas occupato Cōmodo, cubiculum ingressus, sumptum in manus libellum, foras eduxit, qui cum forte in Martiæ amicæ manus incidisset, agnito illa Cōmodi scripto, ubi funesta contineri noverat, ac se primam peti, Lætumque & Electum subsequi, multorum præterea futuram cædem, eos omnes convocavit. Hi veneno primum rem agere decernunt, verū cum res ex voto minimè agnoverit.

minime contigisset, in ipso postmodum cubiculo statim strangularunt, sic ille negligentiae suæ pœnas dedit. Liquet ex his exemplis non parum scribentis, & eius ad quem scribitur interesse, arcana tutò literis committi, varij enim casus, diversèque fortunæ solent contingere, quibus secreta consilia possunt in inimicorum notitiam pervenire, eoque modo nec res suos sortiri effectus, nec earum autores impunitos evadere.

*m* Placet propterea tot exemplis postremum miri eventus adiucere, quotus enim quisque existimasset tabellario, qui ad Dionysium proficiscebatur de Dione literas perfecti, easum eiusmodi potuisse contingere? ut positas in sacculo literas, in quo & carnis frustum reponebatur, sopito tabellario per noctem in sylva, carnis odore lupum invitatum, literas simul cum carne extraxisse, & mordicus asportasse, donec Dionis amici in ore lupi literas cognoscentes exciperent & legerent, remque omnem Dioni indicarent. Sed longum esset singula per immensum historiarum corpus diffusa exempla percensere, ex quibus clarum esse possit, quantum literas sine dolo scribentibus obfuerit, quantumque; ex adverso proficerit literas occultatas fuisse.

*n* Nobis verò, qui hæc scribimus sæpenumerò contingit in hoc amicis gratum officium præstare, dum intercepitis hujusmodi dolosis literis, ijsque interpretatis, eos ab insidijs, quæ parabantur avertimus, quæ alioquin facile incurrissent.

*m 8. Exemplum  
miru admodum.*

*n 9. Exemplum*

## C A P V T. V.

*Divisio occultarum seu furtivarum notarum,  
& primo de vocalibus signis.*

Transficio.

Methodus.

Propositio.

Signorum di-  
viso.

lib 3. cap 5.

6 Signa 1. Vocalia  
2. Semivocalia  
3. Muta.

**Q**VAM ut ilis, quamque necessaria furtivarum notarum ars semper extiterit, superiori sermone tradidimus, modus nunc occulte animum indicandi exponere, iam temporis videtur. Sed ut quae discreta sunt, faciliter ordinataque serie procedant, primum omnium modorum furtim significandi divisionem statuemus, eamque sic in partes secabimus, ut sua cuique tractatio reddatur, & accommodetur. Furtim igitur animum indicandi modi, vel exaratis in charta characterum notis, vel signis effinguntur. Signorum nos in praesens tractationem aggrediemur, eorum praesertim, quae memoria suggerit, quod ubi absolverimus, ad novos diversosque characteres effingendos secundo libro procedemus. Signa igitur infinitis propemodum modis, vel ut tempus, locus & necessitas exiget, comminisci possumus: ea 4 Vegetius rei militaris author trifariam dividit, cuius nos partitione contenti, ad eas partes omnia signa referemus, quae quantum momenti ad rem militarem afferant, eius verba declarant. *Nil magis (is ait) ad victoriam proficere, quam monitis obtemperare signorum, cum voce sola inter pugnantium tumultus, neque quid faciendum, neque a quo abstinendum sit, percipi possit.* Antiquitus ergo gentium omnium usu receptum est, ut b tribus signis, vocalibus, nempe, *semivocalibus*, & mutis in bello

bello omnia significantur duces, quæ ille divisis copiis cognosci jubet. His signis occultè animum cuique indicare possumus. Quare furoris simile esse videtur sibi aliquem persuadere, tam circumspetum hominem esse posse ut se à furtivo quovis scripto, abditaque machinatione tueri possit, nam astans quilibet, vel procul distans loquitur, & factum nunciat, ut non solum à nemine percipiatur, sed ne sic quidem significari quippiam posse qui videat, existimet. Sed nunc ad rem accedamus & vocalia primum, mox reliqua signa prosequamur. c Vocalia igitur signa dicuntur ea, quæ voce effteruntur, eaque multiplices occultæ animi significationes exhibentur. Huius loci videntur esse d schemata, quibus sensus à proprio sermone, dum in occultiorem transferuntur, obscurior fit, quæ quamvis propriè ad Rhetorem spectent, ea nos tamen non ut ab oratore tractantur, sed ut ad præsentem materiam pertinere videntur, indicabimus. Harum loquendi figurarū, et si complura genera esse non ignoro, ut ab Aristotele, Cicerone, & Fabio, primarijs artis dicendi authoribus est traditum, eas tantum nos solum attingemus, quæ frequentius hac in re solent evenire. e Omnium itaque primum se offert ea transmutandi latini sermonis ratio, quam Græci μεταφορά, Latini Translationem vocant, cù, quoties materia gravioribus postulat verbis exponari, oratores dignitatis causa utuntur, ut cum ipsa pariter assurgat oratio. f Verum non vsus oratorū.

B iunt

lunt hujusmodi figuræ in oratione in longum duci, qui de ea facultate præcepta tradiderunt, contenti ut singularia verba translata solùm suis locis tanquam gemmæ orationi aspergantur. Nos verò, qui non ornatum orationis quæ-

*¶ Vt si huic præ senti autoris in statuto conve niens.*

*¶ Ratio seu modus.*

rimus, sed ḡ obscuritatem, vt potè qui non ea audientem, vel legentem delectet, ambimus, sed vt in scripto vel sermone consilia tegantur intendimus, tām longas esse præcipimus, vt vel tota oratio (nisi aliae adhibeantur figuræ) in sola translatione consumatur. *h* Metaphoricus sive translatus loquendi modus erit, vt si quis materia de qua tractaturus est cū re alia collata eius membra cum qua comparat, aptè ad rei partes exprimendas, de qua fit comparatio

*i Exempla ge- neralia.* *trans portet, i* vt exempli causa: *n*avis cum *c*astris *c*omparata, *p*ugna cum *n*avigatione, *n*aute cum *m*ilitibus, *p*rocellæ cum *h*ostibus, *m*agister cū *i*mperatore *c*lavus cum *m*ilitari *p*rudentia, *p*ortus cum *v*ictoria, *n*aufragium eum *c*aptivitate aptè connectantur, quare singamus de castris vel de pugna sic velle nos

*k Exempli spe- cialis pars pri- ma nude nimi- sum sententie.* dicere. *k* Nos in castris sumus, & iam pugnam cum hoste committimus; sed maximo timore angimur, quod zum hostium vires, que iam fermè debilitata videbantur, convaluerunt: sati itaque firmis viribus indigemus, vt hostilem potentiam superemus; aliud itaque ad nos ducem, qui prudentior sit, novumque militum præsidium mitti oportet, alioquin facile erit, vt hostili manu oppressi supertemur. Eam sententiam sic aptè per metapho-

*l Secunda pars* ram exprimemus. *l* Nos in navi sumus, & iam navi gationem suscepimus, verum timore angimur, quod pro celis,

celle, quas iam demitti putabamus, acrius videntur savire,  
 satis igitur cautos nos esse oportet, ut adversarii vensorum  
 vim sustinere possumus, alium itaque ad nos magistrum,  
 qui regendo clavo aprior sit, nonosque nautes habeamus  
 necesse est, si volumus in portum deferri incolumes, alio-  
 quin per facile erit, ut procellarum tempestatibus superari,  
 naufragium patiamur. Ad huius exemplar, qui  
 hac figura, sui sensus occultandi causa, uti vo-  
 luerit, poterit suos sermones effingere. *m Non* <sup>m 2.</sup> *Metony-*  
*procul ab hoc loquendi modo abest metonymia.*  
 vel *hypallage*. Est enim nominis pro nomine  
 positio, ut pro eo, quo dicitur, causa ponatur  
 per quam dicitur, *ne* modo *Vulcanum pro igne*, <sup>m Exempla.</sup>  
*Venerem pro coitu, Liberum & Cererem pro vino &*  
*frugibus, Martem pro bello, & sic de reliquis poni-*  
*mus. Solet enim & hac figura nonnihil sermo*  
*obscurari, ut non facilè ab omnibus percipia-*  
*tur. Huic similis est o. Antonomasia, qua utimur* <sup>m 3. Antono-</sup>  
*cum appellativum nomen, vice proprij excel-*  
*lentiae causa, ponimus: ut si Poëtam pro Virgilio,*  
*Philosophum pro Aristotele, Urbem pro Roma nomi-*  
*nemus. Adhæc adjicitur p. *allegoria* quam In- p. 4. *Allegoria*.*  
*versionem interpretamur, quæ sit cum aliud,*  
*quam verba innunt, significamus; ac etiam in-*  
*terim contrarium, dum res non exprimitur,*  
*sed quadam similitudine implicatur. q. Hæc fi-* <sup>q. Disprimenda in</sup>  
*gura quamvis cum metaphora quiddam comiu-*  
*ne habeat: eius tamen differens usus esse solet.* <sup>ter hanc & me-</sup>  
*In metaphora enim vel unū verbum sat est q.*  
*pro simili reponatur, quæ admodum oratores ob-*  
*servat, non sic in allegoria, in qua verba omnia*

simul commutantur. Verum quando nos in longum translationem duci volumus, hac perinde, ut illa vtemur, eademque ferè apud nos allegoriæ erit ratio, quæ sit metaphoræ. *Hujusmodi* fuit prisorum philosophorum, & poëtarum scribendi ratio: utriusque enim sacra Naturæ mysteria & naturam excedentia tractatur, ne sua sensa à prophanis violarentur, seria fabularum involucris, quasi quodam velamento obduxerunt. In hunc modum Mercurij, Orphei, Musæi, Lini vetustissimorum poëtarum & interdum Platonis scripta esse censentur: immò verò etiam plures Platoni plerumque allegoricum sensum exhibendum putant. Voluti illud est Timæi principio: *Phætonem Solis filium fulmine terram exussisse*. Quod ab interpretibus exponitur: *Vastum cometam natura solarem intollerabiles astus concitavisse*. Hoc modo multis in Jocis ille fabulatur, in quibus aliter sensus haberi debet, quam verba videntur innuere. Fortè etiam incendia quæ Moses divinitus missa narrat, hac ratione sunt interpretanda, quemadmodum apud Homerū, catena aurea; apud Maronem somni portæ, Iris Didoni capillum solvens, Cerberus triceps, & quæcunque de inferis ab illo conficta sunt, allegoricos enim habent sensus. Sic & sapientes Chymistæ sua scripta hisce involucris contexerunt, veluti Hermetem, Gebrum, Raymundum, & veteres omnes Pythagoricos allocutos comperimus. Sed si dictum paulò obscurius, quam allegoriæ deceat, s'ænigma fieri, quod adeò intellectu difficile

ss. Anigma.

ficile est, vt non nisi ab authore maximo cum labore possit sensus elici. In hunc modum obscure dicta Gell. putat veteres scriptos appellasse. <sup>1. Exemplum,</sup> Horū exemplū illud afferam, quod à M. Varrone secundo libro de latino sermone ad Marcellum scriptū est, dc TERMINO Deo, qui ne ipso quidem lovi cedere voluit. Verba sunt.

*Semel minus ne, an bis minus sit, non sat scio.*

*An utrumque eorum, vt quondam audivi ipsi*

*Dicier lovi Regi noluit concedere.*

¶ Sic Sphinx prætereuntibus de HOMINE æni- <sup>2. Exemplum</sup> gma proponebat in hanc sententiam, vt Au- sonius ait.

*Qui bipes, & quadrupes foret, & tripes omnia solus.*

¶ Diogenes autor est, Cleobulum ænigmatum <sup>3. Exemplum</sup> vatem extitisse, obscurasque sententias ad tria millia versuum perscripsisse, ex quibus ynum illud ex commentarijs Pamphilij deponitur. In quo de ANNO ita scriptum est.

*Est genitor, proles cui sit bis sena, sed horum*

*Cuius triginta nata, sed disparate forma.*

*Hæ niveis totæ, fuscis sed vultibus illæ.*

*Atque immortales cum sint, morientur ad unum.*

γ Proponitur & apud Maronem in Bucolicis <sup>4. Exemplum</sup> Damœta Menalca dubium in hæc verba:

*Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,*

*Treis pateat cœli spacium non amplius vlnas?*

ζ Et à Menalca Damœta aliud in hunc modum. <sup>5. Exemplum</sup>

*Dic quibus in terris inscripti nomina regum*

*Nascuntur flores, & Phyllida solus habeo.*

Huc spectat & verbi ambiguitas, quæ a Amphibio. <sup>4. 6. Amphibia</sup> dicitur, quæ fit, quoties verba duo vel plura <sup>bolla.</sup>

B 3                   habent

habent significata. Chrysippus ambigua natura esse putat, quia ex eodem duo, vel plura accipi possunt. *b* Huiusmodi schema vel vocibus singulis accidit, vel connexis. *c* Singulis si idem verbum plurā significabit, vt *M A L V S*, navis arborem, fructum, & eum, qui est improbus, potest significare. Accidere potest non

*d* 2. *Singulorū* modo integro verbo, verū etiam *d* diviso, vt divisorumque *verborum*. *INGENS*, vt duplex verbum esse possit, nomen, *e* 3. *Connexoriū* & præpositio. Evenit & *e* connexioni verbum, eoque modo maior ambiguitas oriri solet, cuiusmodi Apollinis Oraculo prolatum.

*Aiote Æacida Romanos vincere posse.*

*Et aliud.*

*Quinquaginta vbi erant, centum inde occidit Achilles.*

Vnde per casus, per flexum & collocationem, aliasque species, quas proferri supervacuum est, ambiguitas poterit evenire. *f* Potest esse & verb. obscuris. *Amphibologia* in obscuritate verborum vt sensus occultetur, & oratio ænigmati ferè similis videatur: cuiusmodi sunt vatum, & poetarum

*g* 1. *Oracula Eth scripta*. Possem huc spectantia referre *g* *Oracula*: de quibus vide Neandr. *Chron. Synop.* quæ ancipites sensus maximè obscuros retinēt. p. 121.

*b* 2. *Sibyll.* *vatic.* Eorum ædita sunt Apollinis responsa, quæ ab Herodoto, recensentur, quo sit, vt proverbio receptū sit, vt qui ita obscure loquitur, Sibyllæ folium promere censeatur. *A Enigmatibus* etiam similia sunt i Pythagoreorum symbola, vetustissimis enim Pythagoræ discipulis & coævis typis non vulgari neque communi dicendi mos fuit,

*i* 3. *Symbola Pythag.*

fuit, propria enim dogmata inter se servantes, nemini ea prodita volebant: siquidem præceptoris lege cautum erat, ut si quis non per symbola disseruisset, ridicula cuncta & anilia dicere censeretur. Sermones hos obscuros & Iamblichus in eius vita, & Plutarchus in libro de liberis educandis & in convivalibus quæstionibus exponit, cuiusmodi sunt, quos recensēdimus.

¶ lib. 4. de Vita & secta Pythag quos quasfumus Pórtam ut publicos faciat De Cúterio namq; his tuta bis addubitate cogimur: ita spem omnem prope modum deponere.

„Quæ nigrantes habent caudas gñfari non oportere. Quæ verba Pythagorei interpretantur, cum ijs hominibus consuetudinem ineundam non esse, quos morum depravatio denigrat.

„Et ignem ferro cadi minime oportere.

Hoc est furentem irritandum non esse, non enim decet iram augeri, cum potius illi, dum intumescit cedendum sit. Sic

„Ollæ vestigium ne oblites.

Ollæ vestigium in cinere videtur, cinere usus est pro pulvere tabularum vbi mathematicæ demonstrationes conficiebantur: quasi innuat, intellectualibus vti debere démonstrationibus, obliuisci vero corporeas & visibiles. Rursus.

„Nihil educes, quod vnguis instructum aduncit sit.

Vbi cōsulit homines benignos & dapsiles esse: non in retinendo tenaces, & reliqua que ab illo symbola perscripta sunt. Isq; character & apud Græcos & AEgyptios occultandis divinis & sacris aptissimus fuit. m Socrates etiam apud Platonem admonet, rerū sacrarū mysteria velanda esse, ut à plebecala indignitate separantur. Plato alibi consulit, indignū prorsus ac foedū esse, rerū occultarum

¶ 4. Sacr. Græc. & Egypt.

m Monita vetera rum. Hac de re vide & Clemēt. Alexand.

soph. a. &c.

mysteria populo aperiri, cum ab hominum genere illa pollutis manibus contrectentur, quæ ab hominibus tantum philosophiæ sacræ iniciati tractari fas sit.

**n** Quamobrem à Macrobius apud Auct. nob. lib. 5. contra gentil. Euseb. *περὶ παρόντος*. lib. 1. Augusti. de civit. Deilib. 7. cap. 30. Quamobrem à Macrobius relatum est: Eleusinas Deas per somnum Numeio philosopho in lupanari prostitutas apparuisse, cum ille earum sacra interpretari ausus esset ita ut etiam à vulgo noscerentur:

**os. Hebrei.**

Vnde ille suam culpam, somnio admonitus, agnovit, cum percontanti causam, illæ irata fronte respondissent: Ab adyto veteris pudicitiaz abstractas, sequæ omnibus passim prostitutas eius culpa fuisse. Quod nec os Hebrei in tractandis sacris legibus negligunt. Hactenus obscurandi sermonis modos edocuisse vñsumus, quamvis & alia schemata, quæ ad eam rem facere possunt, à rhetoribus proponuntur, quæ nobis aliud agentibus prætermittere visum est. Verum ne quid dissentibus desideretur, quod ad sermonis obscuritatem faciat, alios obscurè loquendi modos obiter attingemus. p. Ad hoc igitur spectabit alieni q. idiomatis usus, qui minimè ijs cognitus sit, quibus rem nostram exploratam volumus & vt si latius apud latinos barbaro sermone vñtatur, & Italus hac tempestate Italis germanico, vel theutonico, seu gallico.

**f. Exemplum** Hujusmodi Cæsar ad Ciceronem epistolam scripsit, non Romana lingua, sed Græca, ne ea, quæ scriberet, Gallis fortasse intercepta prodierentur, quibus græcus sermo minimè erat cognitus.

**s. Exemplum** Identidem ut supra dictum est & Suniator fecerat,

p. 2. Linguarum  
ope.  
q. 1. Modus  
Feròtus.  
r. Exempla  
generalia.


rat, qui & græco sermone ad Dionysium scribens, ne consilium suum de proditione Carthaginensibus pateret, epistolam concinnavit. Ex his scribendi emersit ratio, cuius significatio haberi nō potest u nisi sermo unus in alium transferatur, eiusmodi nonnulla scripta oblate, amicis s̄penumero rogantibus detexi, exemplum apponemus, ut si aliquando inciderit, ita confitum esse non ignorent. Nos verba patrij sermonis intercisa vel duplicata in latinum convertimus, quæ pristinæ linguae redditæ idē innuant, etiam permutata significatione. De hac re quoniam minus aptè latine interpretationis exemplum efferri potest, nō indecens erit, nostri sermonis thema proponere.


\* 2. Modus Confusio tralata nimurum ambigua unius lingue sententia in aliis, in qua itidem tamen ambigua non s̄que sint vocabula tralata, nonnullaque divisit.

*Passer mai solitario in alicun tetto.*

*Transibo sed illi solita malus in aliquis, fastigium.*

\* Aliter quoque literis & picturis rei sensum \* 3. Modus. exprimimus, sed quoniam latinum exemplum non suppetit, vulgare apponimus. si dicet quis, SEMPRE VIVA: nos semper vivum pingimus, videlicet magis sedum, quod vulgo SEMPRE VIVA dicitur: si autem CORE & SOL, nos cor pingimus, musicisq̄ue rhombis, vel notulis apposita clave, sol configemus,

ad hunc modum  et  Item,



A ce comedē, bibe, ciare, ve, de.

hoc est

Amice, lava, comedē, bibe, solaciare, solve, vade.

B s & reli-

z 4 Modus:  
Lingua ut  
Germani vo-  
cant erythro-  
cautica.

z 5. Modus:  
Ope literarum  
aut Syllabarū.  
z 1. Modus:  
*metáthesis.*

6 z. et 3. Modus  
*swirthesis* *kgā*  
*wapxywyr.*

Reiectio.

& reliqua huiusmodi, quæ quoniam apud vulgares circumferuntur, omittimus. z Vsurpatur hac tempestate locutio circulatoribus, tabernarijs, latronibus, & qui rudes homines dolis circumveniunt, valdè familiaris, qui quamplurimis vocabulis utuntur, à communi loquendi usu alienis, ne intelligantur, quæ sibi magis propria esse existiment in hunc modum multos, & pueros & servos lequi videmus, dum fraudes alicui nectere conantur, ut doli suspicionem vix inferant. z Sunt & qui syllabas permutent, & ut quæ ultima prima sit, & ex adverso, ut si di&urisint. **H**O**S**T**I**S **A**D**E**  
**C**A**V**E **T**I**B I, dicant : **T**I**S** **H**O**S** **E**ST **A**D  
**V**E**C**A **B I**T I, vel *Hebostibus abadebest*, *cabavebe*  
*tibibibi*: aut aliter utcunque libuerit, transuer-  
tent. b Aliter nonnulli dum singulis syllabis  
inanes & inutiles interserunt, uti **R**AT, **S**IS,  
ut idem dicturi dicant aliter, **H**ORAT **S**TIS-  
**S**IS, **A**DRAT **E**STRAT **C**ASIS **V**ERAT  
**T**ISIS **BSIS, & aliæ huiusmodi loquendi  
formulæ; quas cum in infinitum possint eva-  
riari, utpotè tractatu indignas, prætereundas  
ducimus. Sed de tali significandi modo,  
qui per vocem effertur, iam satis di-  
quum videtur. Nunc ad reli-  
qua signa transea-  
mus.********

CAPUT

## CAPUT VI.

*Semivocalia signa, quæ sint, & quomodo  
per ea animum indicare, & percipere possumus.*

**P**roximum est ut de semivocalibus signis <sup>a ii. Genus</sup> <sup>sig. semivoc.</sup>

verba faciamus, quæ non parum ad rem nostrā afferant adiumenti. Sic enim occultius, secretiusque rei conscijs proximè, vel longè distantib<sup>z</sup> animi concepta significabimus. <sup>b Quænam sunt</sup> <sup>huius generis</sup> <sup>signa.</sup>

*Semivocalia itaque signa Vegetius nominat ea,* <sup>c Exempla.</sup>

*quæ aliter, quam voce emitti solent : nenipè duorum corporum se complodentium iactu,* <sup>d Ratio seu modus.</sup>

*vel flatus spiritu ad instrumentum immisso.*

Cuius generis sunt <sup>c</sup> sonus campanæ, lyræ, buc-<sup>c Exempla.</sup>

cinae, vel tormenti bellici, & reliqua id genus omniū signa, quæ aurib<sup>z</sup> percipiuntur. <sup>d</sup> Pos-

sumus autem siusmodi signis, non res ipsas modò, verùm etiam verba per literas, quibus illa construuntur significare, ut potè si pulsa-  
tuum numeris suæ literæ eo ordine, quo sunt dispositæ reddantur, hoc verò effici poterit quovis instrumento, quo res aptius possit in-  
dicari. <sup>e</sup> Legitur patrum nostrorum memoria, <sup>e i. Exempla.</sup>

obfessam Novariam cū indies magis ac magis rerum omnijum inopia laboraret tormentorū sclopis certo ordine & numero editis, omnib<sup>z</sup> demum significationibus factis suprema rerū pericula amicis expressisse, & maturam opem implorasse, eo que indicio habito à socijs civi-  
tati fuisse subventū. <sup>f</sup> Sic amici carcere occlusi, <sup>f i. Exempla.</sup>

nec multum distantes, plagis inter se tacitè loqui possunt, & exaudiri, nostū præcipue, <sup>& si</sup>

g In adib⁹ contiguis. & si domus contigua est: percussa g enim parietis parte exiguo quovis iactu totus resonat, ita ut qui aures muro admoverit, vel i clavum fixum mordicus tenuerit etiam eminus, ritè plagarum numerum excipiet. Idem etiam præstat & k hasta: quamvis oblonga, si occlusis auribus mordicus teneatur, modo lyram tangat, sic enim facile fiet, ut qui ita hastam teneat, emissum sonum auribus percipiat. Ad hoc valent & parietibus l ænea vasa suspensa, & m tympana ordine disposita, ut pendentia amicis ad plagas resonent. n Tripho Alexandrinus architectus Vitruvio referente hostibus in meenia ingressis ea ratione patriæ periculum cavit, si quidem cum eorum irrumpentium vim per clamorem exaudiret, periclitanti urbi astuto consilio subvenit. o Poterit & quisque lyram aliudvè id genus in manibus habens, nunc p hypate, nunc parhypate, nunc nete, vel messe pulsans, nunc diapason, diapente, vel diatessaron absolvens, donec alphabeti literas necessarias absolverit, astantibus omnibus amicum de re certiore facere. De q rerum significatione, quæ non per literas superfluum esse existimo quicquam dicere, cum omnibus sit exploratum dari certarum rerum signa, quæ per sonos intelligantur. Hoc desemivocalibus signis dixisse sufficiat.

CARVY

## CAPUT VII.

*Muta signa, quæ sunt, & quomodo per illa  
quicquam significare possumus, & primum  
de corporis motu.*

*na motu.*

**S**uperest de signis, & quæ muta sunt, sermo  
nem habere, hanc enim instituti nostydem  
tiam partem initio constituimus. *ligna appella-*  
*ta signa adiucere. b Muta ijs* *Cur motu.*  
*mus, quod tacite, & siue* *admonent significat* *aes, visu vel tactu quo-*  
*dammodo excep-* *Exempla.*  
*lentio, vultu compositione, manuum & pedū*  
*motionibus, totius denique corporis gestu,*  
*rerum præterea motionibus, & demonstratio-*  
*nibus. Nutus in mutis pro sermone habetur,* *Nutus.*  
*& ex eorum vultu, motuque animorum perspi-*  
*citur voluntas, animalium enim voce carentium,*  
*ira, lætitia, aliquæ affectus oculis & qui-*  
*busdam alijs corporis signis exprimuntur. Nec*  
*mirum aliquibus videri debet, cum ita ijs, quæ*  
*cum aliquo posita sunt motu, tantum valeant,*  
*ut etiam animi voluntatem repræsentent, pi-*  
*ctura enim tacens opus est, & eiusdem semper*  
*habitus: sic intimos tamen demonstrat affectus*  
*at ipsam vim dicendi nonnunquam superare*  
*videatur. Huiusmodi itaque signorum, d quo-*  
*niam plura sunt genera, quæ si in unum colli-*  
*genda essent, materia ut nimis longa, sic magis*  
*conclusa videretur, eam idcirco capitibus di-*  
*stingue-*

*Divisio hu-  
ius generis si-  
gnorum.*

~~a Primum Ge-~~  
~~y Corporis.~~  
~~pouitatis~~

stinguemus, quorum ordo suis locis indicabitur, sed primum de e signis corporis loquamur: de capite igitur initium rectè auspicabitur. f Caput ( ut Fabius inquit ) deiectum humilitatem, supinum arrogantiam, in latus intatum languorem, prædurum ac rigens feriannue, quandam mentis ostendit: g Sunt quoq; recundiæ, renuendi, confirmandi, sunt & venis nutus. h Vix admirationis, & indignatio-  
*s 2. Nutus.* nus, nunc supplices, nunc minaces, nunc blandos & mites, nunc hilares & eretos, nunc summissos & tristes ostendimus, nunc amorem, nunc odium, quibus signis tacito quodam naturæ indicio ibernos affectus, & animi nostri voluntatem alijs significamus, quo fit, ut eo indicandi modo saepè per verbis utamur, unde Ovidius.

" Saepè tacens vocem, verbaque vultus habet.

i Sunt oculi, qui plurimum in ipso vultu valent, & per eos maximè animus indicatur, ut citra motum & hilaritatem intumescent, & tristitia nubilum ostendant, horum lachrimis, & dolorem & tristitiam monstrare possumus, & multis modis variantur in illis affectiones. Si quidem nunc motu intenti, nunc remissi, nunc superbi & torui, nunc hilares & mites, nunc asperi rigidi & extenti, nunc languidi stupidi & torpentes, nunc lascivi & mobiles, nunc natantes & voluptate affusi, nunc simi & venerei possentes aliquid & pollicentes, ut actus voluntatis exposcit. k Superciliij quoque variantur indicia: nunc enim crebro, nunc composito multa

*k 2 supercilii.*

multa demonstrantur, nam oculos formant aliquatenus, & fronti imperant, cum contrahuntur tristitiam, cum adducuntur hilaritatē, cum remittuntur pudorem ostendunt. Sunt in his annuendi, & remittendi notæ, cum remittuntur, & elevantur. Ovidius hoc innuens, ait.

*Multa supercilio, multa loquare notis.*

*In his*, Plinius ait, *animi partem confistere, fastus indicare, & superbiam alibi conceptaculum, hic sedem habere: nil altius, niluè simul abruptius invenit in corpore, ubi solitaria esset.* Sic supercilium attolli arrogantiam significat, adduci fastidium indicat: ponidicimus supercilium, cum à fastu recedimus; denique semper ipsum supercilium pro fastu & arrogantia ponitur. Vnde multa de supercilio proverbia tracta sunt, ab ipsis Naturæ significationibus desumpta. *I* Frōnte enim <sup>13</sup> *Front.* multa præfigurantur, nam eam exporrigimus vel explicamus cum hilarescimus, contrahimus autem cum ringimur, hoc est cum aliquid nobis molestum esse indicamus. Hanc quoque Plinius *tristitia, hilaritatis, clementia, & serenitatis indicem nominat.* Vnde Terentius in *tristem*

*"Exporrige frontem.*

*Id est tristitiam dimitte.* *m* Genæ habent & quod-dam his deserviens ministerium: nam sanguis ille, qui mentis habitu movetur, cum verecundia cutem accipit, effunditur in ruborem, cum metu refugit, pallore trigescit, & temperatus medium quoddam serenum efficit. Faciem vel genam perfricamus, cum pudorem omnem deposuisse videri volumus, velut abstergo pudore

pudore manu. Hinc evenit, ut effrontes **voce-**  
**mus inverecundos**, unde proverbio **Frontem per-**  
**fricare dicuntur**, qui pudore carent. **n** Naribus  
**quoque & labijs multa decenter ostendimus**,  
**nares corrugamus, inflamus & movemus**. Di-  
**ducimus o labia & manibus resupinamus**, por-  
**rigimus, scindiimus, astringimus, & diducimus**,  
**unde derisus, contemptus, & fastidium ijs si-**  
**gnificare solemus. p Collum contrahitur &**  
**tenditur, q sic & humeri: horum enim contra-**  
**tione breviatur cervix**, unde gestum humi-  
**lem & servilem faciunt, atque eos in adulatio-**  
**nis, & metus habitum fingere possumus. r Ma-**  
**nus etiam vix dici potest quot motus habeant**,  
**nam et si cæteræ partes, ut rectè loquantur ad-**  
**juvant, hæ ipsæ primùm loquuntur: his posci-**  
**mus, his pollicemur, vocamus, dimittimus,**  
**minamur, supplicamus, abominamur, time-**  
**mus, interrogamus, negamus, & annuimus:**  
**his gaudium, tristitiam, dubitationem, confes-**  
**sionem, pœnitentiam, modum, copiam, nume-**  
**rum & tempus ostendimus; eadem in demon-**  
**strandis locis, atq: personis adverbiorum, atq;**  
**pronominum obtinent vicem, ut in tanta per-**  
**omnes gentes nationesq; linguarū diversitate,**  
**hic mihi omnium hominum communis sermo**  
**videatur. Contractis tribus digitis & pollice**  
**compressis, digito indice tantùm explicato, in**  
**exprobrando & indicando (unde ei nomē est)**  
**valet: & allevata ac spectante humerum manu,**  
**paulùm inclinatus affirmat: versus in terram &**  
**quasi pronus, urget. Estq; invercundiæ actioni**  
**aptissi-**

aptissimus, quo quatuor primis leviter in summum coeuntib<sup>s</sup> digitis, non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, deinde prona, aut paululum prolata laxatur. Binis digitis distinguimus, sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intrò spectantibus, nec illis quidem tensis, qui supra sunt. Parcè & timidè aliquid loquentib<sup>s</sup> sunt breves gestus illi, cum manus leviter pandata, qualis foventium est, paruis intervallis & subassentientib<sup>s</sup> humeris movetur. Admiratio convenienti gestu illicò monstratur, quo manus modicè supinata, ac per singulos à minimo collecta digitos, redeunte flexu simul explicatur, atque convertitur. Approbare, narrare, distinguere, & aliquid significare volenti, pollici proximum digitum mediumque, qua dexter est, unguem pollici summo suo iungens, remissis cæteris aptè accommodatur. Dum leviter admiramur, & interim subita indignatione pavescimus & deprecamur, digitos cum summi coierunt, & ad os referimus. Cum manū cōprimimus, & pectori admovemus, pœnitentia, vel ira signum est. Averso pollice demonstramus aliquid. Cum digitum medium ostendimus, contemptū supremū significamus. Diogenes hospitibus quibusdam Demosthenem videre urgentib<sup>s</sup>, non indice digito, sed medio porrecto demonstravit, pravum virum innuens & effeminate. Sic porrectione digitū medij quippiam obscenū significari innuit, cum ait insanos haberi, qui medium digitum porrigan. Vnde Iuvenalis.

C " Man-

*"Mandaret laqueum, mediumque ostenderet unguem,  
Sunt & gestus alij, videlicet aliqua poscentes,  
vel minantes, præsertim si priùs conscient' amicū  
cum feceris, quæ omnia prosequi propè infinitum  
videtur. De nutibus & signis, quæ in vultu  
exprimuntur, meminit Ovidius puellam ad-  
monens, quomodo animum expressura, & se-  
cum præsente viro tacitè locuturā sit.*

Vultus de quo.  
& supra 2. 3.  
s. num.  
Exemplum.

*Cùm premet ille torum, vultu comes ipsa modesto*

*Ibis: ut accumbes, clàm mihi tange pedem.*

*Me specta, nutusq; meos, vultumq; loquacem:*

*Excipe furtivas, & refer ipsa notas.*

*Verba supercilijs sine voce loquentia dicam:*

*Verba leges digitis, verba notata mero.*

*Cùm tibi sucurret Veneris lascivia nostræ,*

*Purpureas tenero pollice tange genas.*

*Si quid erit, de me tacita quod mense loquarie,*

*Pendeat extrema mollis ab aure manus.*

*Cùm tibi, qua faciam, mea lux, dicamvè placebunt;*

*Versetur digitis annulus usque tuis.*

*Tange manu mensam, tangunt quo more precantes*

*Optabis merito, cùm mala multa viro.*

*Digitorum motibus non solum res significare,  
sed etiam literas, quibus verba colliguntur,  
possimus. Quod ne præsens caput longius  
protrahatur in sequens  
subjiciemus.*

CAPUT

## CAPUT VIII.

*Multa tacitis ambagibus  
posse indicari.*

Inter cætera, quæ facilè innumera excogitari possunt, & muta signa quædam nova recensere non pigebit, ut talium exemplorum similitudine, reliqua quisque possit comminisci, ex quibus illud est, & quod à Tarquinio factum <sup>2. Genus.</sup> <sup>1. Exempl.</sup> proditur. Legitur itaque apud Livium Tarquinij missum sine voce nuncium à filio interpretatum, fuit autem illud eiusmodi. Tarquinius Tarquinij filius Gabiorum principes intermendos sibi in animum inducens, cum eos virtute expugnare nequiret, astum viribus potiorem in hunc modum excogitavit. Ad Gabios se contulit, parentisque simulatam fævitiam conquestus, tanquam è patrijs telis elapsus & gladijs, nihil se usquam invenisset, nisi apud hostes refert, ab ijsque opem adversus patrem implorat: Verborum calliditate Gabius ita persuasit, ut acerrimum in eius patrem odium alerent: fictis itaque & compositis blanditijs, adeò sibi primatum benevolentiam conciliavit, ut potentia apud eos plurimum valeret. Paucis itaque post diebus Romanum hominem patrem sciscitatum misit, quidnam sibi esset faciendum, is nuncij fidem veritus, nemini consilium proditum volens, senili calliditate in hunc modum sine voce respondit. In hortum ergo ædium transit, & inambulans æditissima papaverum capita

C 2 virga

virgâ decussit, tûm ea demonstratione facta nuncium diuisit, hic domum reversus, nullum sibi responsum factum refert, verùm quod viderat, factum nunciat: adolescens dato signo, sanguinarium patris responsum tacitis ambagibus percepit: Sic patris consilium secutus, Gabinorum primores criminatus, aut exilio

*e. 2. Exemplū.*

submovit, aut morte mulctavit. *c* Huic simile est, quod Herodotus tradit de Periandro Cypheli filio, qui cum præconem ad Thrasybulum misisset rogatum, qua ratione reb<sup>a</sup> tuto constitutis civitatem optimè gubernaret, nullo dato vocali responso ex ijs, quæ sibi visa per nunciū relata sunt ( siquidē Thrasybulus satū ingressus editiores & super alias eminentes spicas refecavit, donec totam segetem æquaret ) quid esset faciendū, ex Thrasybuli sententia percepit, &

*d. 3. Exemplū.*

executus est. *d* Legimus & Dario Persarū Regi à Scythis obsezzo caduceatorem cū muneribus, ave, rana, mure, & sagittis quinq; missum, quib; ut Gobria interprete significatum fuit, Persas nisi ut aves effecti in cœlum evolassent, aut perinde ut ranæ in paludes prosilijssent, aut velut mures sub terram se abdidissent, Scythařū vim nequaquam evasuros, quin sagittis obrueren-

*e. 4. Exemplū.*

tur. *e* Pari argumēto Alexander lectis ab Ephestione Olympiadis literis, ne, quod ijs scriptū erat, cuiquam is postea temerè referret, quasi sigillo obsignaret, modestè taciteq; añulo eius

*f. 5. Exemplū.*

ori admoto, silentium indicavit. *f* Non alienū prorsus ab hoc loco esse videtur recēdere, quod de Tamerlano Scythařum imperatore patrum nostro-

nostrorum memoria ab historicis est proditū, quamvis res non sit adeo obscuris ambagibus involuta. Hic quidem, ne diu in debellandis hostibꝫ laboraret, numerosissimo fretus exercitu, ut populis, quos obsidebat, deditiōnem non in tertium diem differendam significaret, tripli tentorio utebatur, primo die album tentorium ostentabat: ut intellegērent obfessi, si se dederent, rem pacificè cum illis agendam, altero nigrum tendebat: quo animadversum volebat, iam irā commotum Tamerlanum esse, ut si in posterum diem deditio differretur, iam non pace, sed sanguine & civium incendijs ageretur, quod tertio rubro tentorio postridie indicabat.

## C A P V T . I X .

*Per notas Hieroglyphicas, atque per rerum animaliumque figuras tacitè sermonem exprimi posse.*

Possimvs etiam commodè aliter sine loqua per rerum animaliumque b figurās, quod voluerimus indicare, quæ singula interdum verba, nonnunquam integros sensus significabunt: sic vetustissimos AEgyptios scripsisse comperimus, qui cognita omnium animalium natura, ex peculiari earum qualitate illorum imaginibus res ipsas repræsentabant, unde illorum naturam exploratam habere oportebat, quorum conditionem, quæ essent exprimenda, aliquo pacto imitari viderentur.

a Tertijs generis species prima.

b Signa Chaldaica quasi literas vocat Imper. Theod. apud passiorē Var. 3. Ep. 51.

C 3 Hoc

- c. 1. Exemplū.* Hoc erit exemplum: *c* Ut si ingratum quempiam in eos, qui de se benè meriti sunt, significatum velimus, columbam depingemus, eius enim conditio, quamvis bilis expers sit in universa animantium, peste, ab huius tamen morbi contagio non vacat ut in parentes ingratitudinis nota infamis esse nō debeat: quippè cum simul ac mas viribus firmior evasit, patrem à matris consortio pugna expellat, ut cū ea mox ipse coniugio misceatur. *d* Sic & Hippotami, id est fluvialis equi, geminos unguis depingendo iniqitatem & ingratitudinē notabimus, hoc enim animal cum per ætatis florem licuerit, patrem viribus experitur, quem si pugna superaret ac sibi cedere agnoverit, vita tantum concessa, patrem à matris coniugio arcet, quam sibi postea matrimonio coniungit, quod si vietus pater minus permiserit cum matre concubere, tum eum filius virib⁹ & robore nixus impatienter interimit. *e* Vnde illud videtur emanasse, ut in Regum sceptris superius ciconia, inferius Hippotamus pingeretur, sic enim innuebatur vim justitiae parere, siquidē ciconia æquitatis ac pietatis symbolum, Hippotamus verò iniqitatis signum est. *f* Sic Aegyptij pro mundo serpentem revolutū in caudam os habentem, eamq; corrōdentē ad exprimendam formam depingunt, *g* & annum per Solem & Lunam, qui tempus metiuntur, mensē per ramum, Deum per accipitrē indicant, & profato sydus, pro Luna & equinoctijs cynocephalum, pro animi præstantia Leonem, pro corde Ibum & pro
- c. 2. Exemplū.*
- c. 3. Exemplū.*
- c. 4. Exemplū.*
- c. 5. Exemplū. &c.*

& pro rerū vicissitudine phœnicem delineant, sic & per Scarabæum draconem aliaque animalia (ut Manethus autor est in naturalium epitome, & Hecatæus libro primo de philosophia) reliquarum rerum AEgyptij significationem præbent. *b* Ratio quare huiusmodi *notas* illi excogitassent, fuit, quemadmodum dictum est, ne indignis hominibus doctorum sensa proderentur. Sic enim vulgaribus hominum ingenijs rerum intellectum vario rerum tegmine, operimentoq; subtrahebant, ne ruda apertaque rerum expositio pateret, sed velut fabulosa tractarentur: ut quod magis ridicula viderentur, eò magis ipsa mysteria figurarum nubilo operirentur, ac summatib; viris sapientia interprete nuda rerū talium se natura præberet, ac veri arcani conscientia redderentur. De his extat Ori Apollinis liber de sacris & mysticis AEgyptiorum cælaturis inscriptus, & Io. Pierij Valeriani recens super eodē argumento liber editus. *i* Huc referri possunt insignia, & demonstrationum commenta, quibus sèpè parietes, peristomata, lacunaria, fores, & clypei ornantur: equitum etiam capitadum hasta concurrevit in festivis ludis solent insigniri, vulgus cimeros, Alciatus vocat Emblemata. Hæc enim tacitis rerum demonstrationibus quicquid velint exprimunt: qua comminisci mos est eos, qui familiæ suæ originem volunt præclaro aliquo facinore honestare, vel aliter aliquius rei significationem edere, quam tacite cognitam velint. *i* Amphiaraum Thebano

*b* Ratio & causa harū notarū inventarum.

*i* Tertij generis species reliqua.

*k* Vnde aphorismos hieroglyphicos collectos concrèptosque edidit Henr. Svælenberg.

*i* Exemplum de clypeis.

bello in clypeo draconem pictum gestasse narrat Pindarus. Statius Capaneum in hydrum, Polynicem verò in Sphingem. o Plutarchus  
 2. Sculptura 3.  
 6. Sculptura 1. annul. fig. 2. Numismatum. quoque, Pompeium magnum ensiferum leoninum pro insignibus depictum habuisse. Huiusmodi imperatorum numismata celaturas non paucas retinent. In Titi Vespasiani numismate Delphinus in anchora involutus spectatur, quasi innuat, tardè properandum neque, ubi præsertim temporis maturitate opus est, rem esse nimia festinatione intercidendam, neque multa cunctatione in moras protrahendati, sed mature servata temporis mediocritate peragendum. Symboli congrua ratio est: per delphinum siquidē festinatio designatur, hic enim piscis omnium nō modò piscium, verum etiam animantium velocissimè fortur, ut Aristoteles & plures testantur: per anchoram ex adverso retentus, cursus mora intimatur, velocitas itaque delphini anchoræ firmitate cohibetur: & anchoræ rursus mora delphini perniciitate moderatè excitatur. Eiusdē rei pari ratione Echenis piscis missili telo contorta monumentum dabit, velocitatem telum exprimit, tarditatem remora indicabit, utriusque indicio velocitas cum tarditate designabitur, quarū altera, cum alterius adminiculo coniuncta non parum in reb⁹ agendis afferunt emolumenti. p Romanis præterea mos fuit, vexillis, quę ad bella gerebāt Minotaurum depingere: ratio erat, ut quemadmodū Dædalus obscuris illū labyrinthi ambagiis inclusisset: ita omnes sibi ducum consilia custodi

p Alia species.

custodienda, & prodita authori obesse intelligentierent. Vnde eius rei argumentum tali emblemate notabatur. q Verum ejusmodi rerū commenta, non obscurè nimis tractari oportet: ne Apolline interprete semper indigeant, sed ut interdum etiam intimæ plebeculæ expositæ esse possint, r Vnde picturæ sàpè verba ad interpretanda adjungi solent, ne nimis spectatorum intelligendi aviditatem picturæ obscuritas remoretur: hujus locis sunt, quæ à Iovio in libello de insignibus tractantur.

Cautio.

r Mos inde potius quidam.

## C A P V T. X.

*Noctu igne, inter diu verò pulvere  
posse significari.*

**R**ESTAT NUNC UT MODUM INDICEMUS ECQUID <sup>a Transf. ad secundū genus</sup> noctu igne & interdiu pulvere rerum nostrarum edere significationem possimus. Neq; b enim hoc occultandi genus parum utilitatis in se cōsiderat. Hac enim tempestate ad aliquid cōveniens huius eminùs significandum socij de rebus incidentibus indicium præbent. Id c autem duplice d Divisio. ratione potest evenire, siquidem, vel igne aliquid ex improviso amicis conscijs demonstramus, vel quoties libuerit, etiamsi nulla præcesserit rei significandæ notitia, facum numeris literas ad denotandas oportunas ostendimus, vt longè videntes numeros annotantes nunciata sentiant. d De primo modo legitur Medeam si Peliam occidisset, Argonautis promissæ è specula se noctu igne,

<sup>a</sup> Primus modus eiussq; i. Exemplum de quo Diud. Sicul. L. 4

C 5 die

die verò fumo illud nunciaturum, res itaque, cum ex voto successisset, lunæ votum persolve-re simulantem, igne facto, accensis lampadi-bus sub dio è fastigio, vt erat pollicita, signifi-cationem dedisse, taliqüe nuncio excepto, Ar-gonautas reginam invasisse, occisisqne custo-dibus voti illam compotem effecitam. e Legi-tur & Magam occupato Parætonio, vt facem amicam sub vespera, atque iterum summo ma-ne eandem tolleret, cum speculatoribus com-posuisse, eaque ratione significationem factam esse, vt nuncius eò vsque, vbi Clius est, procef-sit.

f. Exemplum: Amicis etiam extra civitatem degentibus, reditus, & annonæ qualitas prodente igne potest nunciari. Constat hac arte Annibalem (vt à Polybio proditum est) cum Agrigentini, à Romanis obsiderentur, multis crebrisqne per noctem ignibus, intollerabilem exercitus famen indicasse, eaque de causa multos ex so-cijs annonæ penuria ad hostes defecisse. g Cum Sinone etiam Argivi pepigerunt, no&u, Tro-janis somno solutis ad Troiam accendentes fa-ce venientis classis signum daturos, vt eo acce-ptto nuncio, Sinon equi laxatis claustris milites inclusos exponeret. Vnde Maro.

„ Flummas cum regia puppis  
 „ Extulerat fatisqne Deum defensus iniquis  
 „ Inclusos vero Danaos, & pinea furim  
 „ Laxat claustra Sinon.

h. Exemplum h Fuit & veteribus mos, qui etiamnum perma-net, vt amicis extra civitatem commorantibus, fumo reditus, aliud vè significaretur. Vnde fa-cum

Quum est, vt Amilcaris dolo Agrigentini inter inimicos persequendum longius ab vrbe distracti in insidiaria loca coniectis hostibus, incensaque sylva magnam cladem paterentur, ijs siquidem fumo, quem à mœnibus surgere existimabant, rati se à domesticis revocari, cum se converso cursu ad vrbum reciperen, Amilcare duce in sequentibus Pœnis, qui prius fugerant, trucidati sunt. i Possunt & si quid necessarium vrgeat, facum indicio literæ demonstrari, quod à Polybio in codicibus manuscriptis est traditum, ejusmodi usus utilis multum esse potest, & hoc significandi remedium obseßæ vrbes, villæ, & arcæ, amantes etiam, vt tutius res suas nuncient, habebunt. Edendi signa, vel turrium fastigia, aliave editiora hujusmodi loca, vt faces prospici possint, commodum præstabunt. k Scriptum itaque præ manibus habeatur, quod amicis nunciari oporteat, l literæ deinde bifatiam seu trifariam dividantur, vt vndenz vel septenæ cujusque partis sint: Sierunt septenæ tum primæ singulis, alteræ binis, tertiaz ternis facibus demonstrantur. Potest & quadrifariam literarum numerus dividi, vt libuerit: m = Caudio.

verum in earum ostensione motus variatem attendere debemus, nam vna semel erecta, vel ostensa A demonstrabit, eadem bis B, ter C, sic septies postremam primi ordinis G, postmodum binæ semel H, totidem bis I, ter L indicabunt, sic & de reliquis ejusdem ordinis: Tum Q ternis semel, R ijsdem bis, dēnum S ter totidem imprimitur. n Quod si in quatuor

<sup>i</sup> Secundus modus ut videtur innuere aucto<sup>r</sup> Eiusdem generis quidam describitur à Cardano de subtil. L. 17. & duo alij devarier. rex. li. 12. cap. 61. pag. 788.

Locus communis facibus cōstituendis. k Descriptio eiusdem. l. & 2. Ratio.

in quatuor ordines alphabetum partiri velimus quaternis facibus indicabitur, tū cuiusq; ordinis numerus minuendus sit, & ordo aliter distribuendus: ratio autem, quæ dicta est, servabitur, tunc conscientiam & faciem numeros, & vi-ces, quot illæ fuerint ostensæ, accuratè excipiēt, eaque ratione vel facile significata percipient.

## 1. Ratio

a	m
b	n
c	o
d	p
e	q
f	r
g	s
h	t
i	u
k	x
l	z

## 2. Ratio

a	h	r
b	i	f
c	l	t
d	m	u
e	n	x
f	o	y
g	p	z

## 3. Ratio,

a	g	n	t
b	h	o	v
c	i	p	x
d	k	q	y
e	l	r	z
f	m	s	

## 4. Modus.

In hunc modum mulier è specula, quæ amantis cubiculum spectat, ternis luminibus quinque ostensis, mox binis bis, tūm ternis bis: Rursus verò uno semel, eodem quater, & postmodum quinquies, ternis deinde ter, postremò totidem quater, **VIR AEST**, significabit.

ficabit. Sed hoc etiam aliter fieri potest multisque modis, quorum duos tantum, qui potiores sunt, recensemus. Sit itaque *s* primus *s*. *Ratio* hujusmodi, ut quid facilius ostendatur. Alphabeti literæ quatuor in partes disgregentur, ut inferiori patet tabella.

## ordines.

	1	2	3	4
1	a	f	m	r
2	b	g	n	s
3	c	h	o	t
4.	d	i	p	u
5	e	l	q	z

Novem itaque faces haberi oportet, quatuor à dextris, à sinistris quinque disponantur. quaternarius numerus sectionum ordines, quinarius verò literarum cujusque ordinis indicabit. Sic viginti notæ erunt, quæ minùs necessariæ sunt omittantur. Literas igitur demonstranti, utrinque faces attolli oportet, à dextris & à sinistris, ut si A velit ostendere, vnam à dextra faciem ordinem literæ, alteram à lèva numerum in quo litera collocatur, desigoantem erigat, sic etiam si B, vnam à dextra, à lèva duas. Si C vnam item à dextra, tres à sinistra, & in reliquis eodem modo. Exemplum tale erit, ut si mulierem idem hoc modo significare velimus, quatuor primum à dextra faces, totidem à sinistra, duas deinde à dextra, quatuor à sinistra, tum exemplum.  
quatuor

2. Ratio.

quatuor à dextra, vnam à sinistra attolli oportet. Rursus vnam à dextra, aliam à sinistra, iterum vnam à dextra, quatuor à sinistra, tertio quoque vnam à dextra, quinque à sinistra, quatuor deinde à dextra, duas à sinistra, sic & postremò quatuor à dextra, tres à sinistra, eaquo ratione V I R A D E S T significabit. Possimus & aliter vitandæ confusioneis gratia omnes alphabeti literas bis ternis facibus in hunc modum demonstrare. Duo statuantur locorum fastigia, quæ ex quo sibi alphabeti notas partiantur, ut vndenas singula pronuncient, ternæ cum singulis adhibeantur faces, quarum una quæque quaternas literas enunciet, quæ promotus qualitate distinguetur. Tres autem characterum statuantur ordines, primum ordinem fax vna significabit, secundum binæ, tertium ternæ: fax verò tertiaræ ternas tantum notas demonstrabit, eoque modò numerus duarum & viginti literarum exprimetur. Motuum discrimina, quibus cuiusque ordinis notæ demonstrantur, tali modò configemus. Erecta fax A, depressa B, in dextrum declinata C, in sinistrum D, significabit: quaternas alias eodem modo indicabimus. Sic & tertias, ut binæ sursum erectæ E literam designent, summissæ F, & sic de reliquis, & rursus tertiaræ sublatæ I, decessæ L literam indicabunt. Idem fieri in vndenis alijs alio loco demonstrandis.

CAPUT

## CAPUT XI.

*De computo & loquela per digitorum gestum,  
quo maiores suppurarint, & in causa  
loquendo vñsi sint.*

**N**unc per digitorum flexum computan- a Quintum ge-  
nus se Numer-  
andi ratio per  
digitos veteri-  
bus vñstata.  
diloquendiq; morem ex majorum no-  
strorum vñsu libet hoc loco demonstrare, vt ad  
ea perdiscenda, aliaq; denuò reperienda prom-  
ptiora spectantium ingenia reddantur. **b** Legi- b1. Testimoniū  
mus apud Plutarchum Orontem Artaxerxis  
Persæ Regis generum, cum se à socero inhono-  
ratum & contemptum animadverteret, solitū  
dicere: principum familiares computorum  
digitis similes videri. Quemadmodum enim  
computando nunc myriada gestu conficere  
possunt, nunc verò monadā, pariter & regum  
amici modò plurimum pollent: modò verò  
minimum, & omnibus derisi esse solent. **c** Ad c2. Testimoniū  
hoc facit, quod est à Plinio etiam de digitis  
numeros significantibus memoriae proditum,  
**d** Ianum à Numa rege dicatum digitis ita fi-  
guratis effectum stetisse, vt trecentorum sexaginta  
quinque dierum nota per similitudinem temporis & a vi se Deum indicaret. Quod  
est à Macrobio quoque annotatum in Satur-  
nalibus. **e** Nos igitur de tali computo & lo-  
quela id demonstrabimus, quod doctissimus  
Bedaliteris mandavit. Monada igitur digito-  
rum computator significaturus minimum læ-  
væ digitum inflectens arcum in medium d In dextra igitur articulare duosq; proximos in vola me diam compegit: in sinistra verò pollicem curvatū indice inflexo in fronte diligenter præcinxit: solū medium involam coegit.  
palmæ figat, Simili modo si duo velit in-  
dicare,

e Bedæ descrip-  
tio.  
d In dextra igitur articulare duosq; proximos in vola me diam compegit: in sinistra verò pollicem curvatū indice inflexo in fronte diligenter præcinxit: solū medium involam coegit.

dicare, à minimo secundum ibidem imponat,  
 3. Si tria tertium. Si quatuor itidem minimum  
 4. elevet. Si quinque secundum à minimo simi-  
 5. liter erigat. Si sex tertium nihilominus solo,  
 6. qui medius appellatur, volvè medio apposito  
 7. attollat. Et minimum super palmæ radicem  
 8. cæteris erectis imponat, si septem. Iuxta quem  
 9. octo significanti medius apponatur. Novem  
 10. verò si impudicum è regione componet indi-  
 11. cabit. Decem si indicis vnguem in medio pol-  
 licis arctum infiget. Viginti si impudici api-  
 cem inter nodos indicis, & pollicis arctè appo-  
 12. net. Triginta si indicis & pollicis vngues mu-  
 tuo conjuget amplexu : Vnde Hieronymus  
 „ ait, trigenarium numerum ad nuptias referri, nam & ipsa  
 „ digitorum coniunctio : quasi molli osculo complexans se &  
 „ sacerdans, maritum pingit & coniugem. Idque Apu-  
 „ leius in oratione pro Magia his verbis insinuat.  
 „ Si triginta annos per decem dixisses, posse videri pro com-  
 „ putationis gestu errasse, quos circulare debueras, digitos  
 13. aperuisse. Quadraginta verò si interiora pollicis  
 14. dorso indicis super inducatur. Item quinquaginta si pollex curuatus instar græcæ literæ r  
 15. ad palmam inclinetur. Et sexaginta si idem di-  
 gitus itidem curvatus indice circumflexo dili-  
 genter à fronte præcingatur. Ideò hunc nume-  
 rum ad viduas Hieronymus referri dixit, quod  
 in angustijs & calamitate positus esse videatur,  
 16. dum pollex à superiori digito deprimitur. Se-  
 ptuaginta quoque si pollex in longum exten-  
 sus indicem supra circumflexum adimpleat,  
 vngue illius duntaxat erecto trans medium  
 indicis

indicis arctum. Octoginta quoque si index ut 80.  
 suprà circumflexus pollice in longum tenso  
 impleatur, vngue videlicet illius in medium  
 indicis arctum admoto. Nonaginta etiamsi 90.  
 indicis inflexi vnguis radici erecti pollicis in-  
 figatur. Numerum verò centenarium, qui vo-  
 luerit indicare, in dextrum transferant, ijsdem  
 vtendo digitis, quibus in lava ad decem usque  
 ad centum usus est. Proinde Nicearchus facetè 3. Testimoniis.  
 in vetulam nimio plus vivacem, quæ annorum  
 ætate etiam cervos superabat, ita ludit, ut iter-  
 rum jam dextra annos computare scribat.

,, ἡ φάσις ἀδρήσας ἐλάφος πλέον ὑχεῖς λαμῆ  
 ,, γῆρας αριθμῶνται οὐτερον αρξαμένη.

hoc est

,, Que cervos annis superaris, queque sinistræ  
 „Vita iterum ceptet connumerare dies.

& Iuvenalis,

,, Atque suos iam dextra computet annos.

Idem sacræ paginæ interpres centenarium nu-  
 merum ad virginitatem refert, nam in lava nu-  
 ptæ & viduæ notabantur. Ducenta igitur ex- 200.  
 pressurus eadē ratione vtetur, qua ad viginti  
 significandum usus est. Sic & de reliquis sen-  
 tiendum est numeris ultra centenarium nona-  
 ginta, ut eodem procedatur ordine, quem à  
 decem usque ad nonaginta servari debere dixi-  
 mus. Deinde mille etiam in dextra, eo modo, 1000.  
 quo unum in lava designabitur. Et deinceps  
 bis mille in eadem quemadmodum duo in  
 lava, sic & in reliquis numeris multiplicato

D

millenario

millenario statuetur: donec ad novem millia  
 perveniat, quo cum ventum sit, tūm myria-  
 da ( quo nomine decem millia designantur )  
 20000. lāva medio pectori in supinum admota indi-  
 20000. cabit, digitis tantum in altum erectis. Quod si  
 30000. viginti millia eadem expansa. Si verò triginta  
 millia eadem prona sed erecta, & pollice medijs  
 pectoris cartilagini apposito denotabit. Sic  
 40000. quadraginta millia si eadem in vmbilicum ere-  
 50000. tam supinabit exprimetur. Et postmodum  
 quinquaginta si ejusdem prona sed erecta pol-  
 60000. licem vmbilico imponet. Sexaginta deinde  
 millia eadem prona lāvum fœmur desuper  
 70000. comprehendet, denotabit. Mox septuaginta  
 80000. millia si supina fœmori superponetur. Octo-  
 ginta dehinc millia si eadem prona fœmori su-  
 90000. perponetur. Tum nonaginta millia si lumbos  
 pollice ad inguina converso comprehendet.  
 100000. At centum millia, & de hinc ducenta, usque ad  
 noningenta millia eodem, quo diximus, ordi-  
 ne in dextra corporis parte notabuntur. Sed  
 decies centena millia amba manus complica-  
 ta in rectis invicem digitis indigabunt. Hic est  
 veterum computandi mos, & inde provenit,  
 quod apud scriptores legenti sàpè fit oviam,  
 fuit in digitos mittere, pro eo eleganter etiam di-  
 catur, quod est accuratè numerare. Diximus de  
 supputandi modo, qui per digitos solet indica-

g Loquendi ra- ri, & superest nunc de loquendi ordine, qui per  
 tio per digitos. digitos etiam tradi potest, aliquid dicere. b  
 Primi modus

Prima igitur alphabeti nota eodem modo, quo  
 unum digito demonstrari diximus designabi-  
 tur.

tur. Secunda eo etiam modo, quo duo, sic & tertia ea ratione, qua tria: sic deinceps usque ad alteram & vigesimam, que alphabeti postrema est, per suum unoquoque elemento numerum denotato: eo ordine, quo in alphabeto illud dispositum sit. *i. Exemplum.*  
*Huiusmodi digitorum flexu, & gesticulationum solertia amans puerilæ, cuius amore deperit, coram eius parentibus hujusmodi digitorum indicio sic loquitur.*  
 Primo tria, inde unum, mox undeviginti, postmodum quinque ostendit. Rursus unum divisi, deinde sex, postea sexdecim, inde unum, tum duodeviginti, postmodum sexdecim, postremò quinque indicat, talique ordine **C A V B**  
**A F R A T R B** insinuat. *& Hujusmodi notarum* *Exemplum seu testimonium*  
 amantium Ovidius meminit.

, Nil opus est digitis per quos arcana loquaris.

*l & alibi.*

, Net in digitis litera nulla fuit.

*l. Testimonium*

*m Huc refertur quod ab Enniō in quadam impudicam dicitur cuius, nulla pars corporis ab* *4. Exemplum*  
*impudico munere vacaret.*

, Quasi in choro pila ludens, datatim dat sese, & communem facit, aliud tenet, alijs nutat, alibi manus est  
 , occupata; alijs perveillit pedem, alijs dat anulum ex-  
 , pectandum a labris, alium invocat, cum alio canat, at-  
 , tamen alijs dat digito literas, & n. Solomon ad  
 , idem. Annuit oculo, terit pede, digito loquitur. *o ns. Testimonium*

Verum idem alia ratione haberi potest, ut *Modus.*  
 ea quis facilis promptiusque loqui discat,  
 in græco alphabeto velit idem facere. Græci siquidem non quemadmodum latini pau-

D 2      cis ad

ps. Modus.

cis ad exprimeados numeros literis vtuntur & geminatis. Sed vniverso alphabeto singulis notis quoslibet numeros indicant. p Sunt & alij aliter digitorum indicio sermonem fingentes, quod faciunt, dum corporis eas partes ostendunt, vel digitis contingunt, ad quas scriben das primū literæ exiguntur, quas rei nostræ exprimendæ necessarias esse cognoscimus, donec totū id quod velimus expressum sit. Exemplum erit, vt si A indicare statuimus, Arres contingamus, similiter si B Barbam indicemus, sic Caput pro C, & de reliquis hujusmodi, vt Dentes, Epar, Frontem, Guttur, Humeros, Ilia, Lingnam, Mamen, Nasum, Oculos, Palatum, Quinque digitos, Renes, Supercilia, Tempora, & Venerem ostendimus pro ijs literis demonstrandis, quæ ijs inscribendis primæ requiruntur. q Potest & similiter scribi, vt scriptum occultetur, id fieri si clanculum, velut taliud agenti vino, vel alia quamvis materia ad rem apta literæ ad id, quod volumus exprimendum, necessariæ protrahantur. r Docet hoc Naso.

Hinc tibi multa licet sermone latentia reddo  
Dicere, quo dici sentiat illa sibi,  
Blandiciasque leves tenui prescribere vino,  
Ut dominam in mensa se legat illa suam.  
s & Tibullus.

Neu te decipiatur nucu, digitoque liquorem  
Ne trahat, & mensa ducat in orbe notas.

t3. Exemplum : Hujusmodi Paris Helenæ amoris sui significatiōnem daturus, Menelao coram vino literas protrahit, vnde ipsa queritur in epistolis.

Orbe

*Orbe quoque in mensa legi sub nomine nostro,*

*Quod deducta mero litera fecit, A M O.*

*Credere me tamen hoc oculo renuente negavi.*

*Hei mihi: iam didici sic quoque posse loqui.*

**Sed quis modorum omnium meminisse potest,** Reliqui sunt.  
cum infiniti ferè sint, ut hominum exco-  
gitantium ingenia? Neque enim sanæ mentis  
existimo, in hoc seriò tempus conterere. Sed  
redeamus ad rem, longius fortasse digressi su-  
mus.

### C A P V T X I I .

#### *De literis clandestinis ex veterum scriptis.*

**Q**uoniam igitur è paulatim ventum est, a 7. Genus scri-  
ut de ijs signis meminerimus, quæ scri- pturæ: & hoc  
pto nostra consilia occultant, qui characteres quidem in lo-  
appellantur, proximum est, ut eorum obscuri- coto veterum.  
tatem duplice modo partiamur.

**Scripti itaque obscuritas, aut ex literarum** b Divisio.

**perplexitate, aut ex alia scribendi ratione pro-**  
veniet. De characterum involucris secundo li-

**bro tractabitur, & nunc de obscuritate, quæ à** c 1. Genus ob-  
**scribendi modo inducitur, verba faciamus.** scurritatis.  
**Non inutile igitur videtur fore rationem tra-** d Prima species  
**dere, qua sic scribi possit ut nemini scriptum,** per notas que  
**nisi cum voluerimus, possit agnosciri.** fine artificio  
**Sed quia** deprehendimus  
**nonnulla veterum in hunc modum commen-**  
**ta ab historicis memoriz prodita sunt, eorum**

**prius in ea re ysum prosequamur.** e Testis est f 1. Exemplum.  
**Gellius in libris noctium Atticarum Lacedæ-**  
**monas cum ad imperatores suos scribebent, ne**

D 5 literæ

literæ interceptæ occulta hostibus consilia indicarent, hoc scripti genus ex industria exco-  
f aliorū opinio gitasse, f quamvis alij eius rei commentum ad Archimedem Syracusanum referant. Surculi duo teretes longiusculi, & torno perpoliti æquabantur, vt par vtriique longitudo & latitudo esset: eorum alter imperatori ad bellum proficiscenti dabatur: alter domi penes magistratus diligenter servabatur. Quoties itaq;  
vſus necessitas incidebat, \* pagina, quanta rei satis erat, surculo circumvoluta, vt rotundum

<sup>g</sup> Imo vero lo-  
ris ipsis vteban-  
tur: vt & paulò  
ante notavi-  
mus.  
  
¶ Sestala.

volumen efficeret, & oræ benè adjunctæ in modum lorii aptè ligno cohæterent, ne rimæ interponerentur, tūm in chartam sic circumvolutam literæ à summo capite per transversum ad imum in eo loco inscribebantur. Perscriptum inde lorum surculo prolixum, & angustum eximebatur, & ad imperatorem dabantur. Existimabant enim si in hostium manus illud fortè interceptum incidisset, truncatas literas, syllabas, dictionesque & eorum partes longè distractas intuentes scriptum nequam percepturos. Nec spem frustrabatur eventus. Quoties enim illud in hostes incidebat, nihil in loro scriptum poterant coniecati: sed velut inconditè & frustrà scriptum dimitebant: is vero, cui illud destinabatur, applicato loro, in eumque modum circumvolta quo antea fuerat, cum scriberetur, ita vt continuata scripti series sequeretur, nuncium agnoscebat. <sup>b</sup> Hujusmodi scriptum συντάξην Græcè appellabant. In hunc modum scriptam epistolam Lysandro ad Hellespontum allatam

Plutarchus author est. i Alium quoque ad hanc : 2. Exemplum  
 rem astum in veteri historia ab incerto Poeno,  
 alioquin illustri, ut refert Gellius, excogitatum  
 legimus: & Herodotus tum idem à Demarato & lib. 7. extre-  
 factum meminit. Is ut ille refert, Susis com-  
 motans, chm Xerxem adversus Græciam expe-  
 ditionem \* sumere \* statuentem accepisset, \*\* suscepturn.  
 eam rem censuit Græcis nunciandam: sed oc-  
 cupatis per custodes itineribus, cum res aliter  
 fieri nequiret, ne nuncius interceptus depre-  
 henderetur, rem in hunc modum comminisci-  
 tur. / Pugillaria nova accepit nondum cera illa. / Descriptio  
 lita, inde literis de ligno exaratis regis consi-  
 lium prodit, tabulam deinde, ut mos erat, cera  
 collinivit, ne scriptura detecta sibi quid negotij  
 apud viarum custodes exhiberet, eamque ta-  
 bellam veluti scripto vacuam domestico servo  
 perferendam tradidit. verum nulla prius com-  
 menti significatione facta. Lacædemones, cum  
 quid ea perlata sibi vellet, nequirent interpre-  
 tari, nihil scriptum intuentes, verum rem ( vt  
 erat ) non frustra factam suspicantes, Gorgo  
 Cleomenis ( vt ego accipio ) filia, eademque Herodot. in lib. 7.  
 Leonidae uxore monente, detracta è pugilla-  
 ribus cera, nuncium accepere. Ex hujusmodi  
 pugillaribus cera illitis, in quibus scribi mos  
 erat, literæ etymon datum Grammatici asseve-  
 rant quod à litera literæ nomen deductum pu-  
 tent: quod à veteribus in cératis hoc modo  
 tabulis scribi soleret, & scriptum postea deleri.  
m 3. Exemplum  
 Fuit & alia imperscrutabilis techna barba-  
 rico astu digna, cuius Herodotus, sub persona & modus.

Histizi authoris meminit. Is imperante Dario in terra Asia non ignobili loco natus, cum in Perside apud regem ageret, & Aristagorę, vt ab eo deficeret, vellet furtivo scripto nunciare, veritus, ne si non accuratè nuncium mississet, res prorita maximum sibi periculum afferret, hujusmodi astum comminiscitur. Servo suo diu oculorum ægritudine laboranti capillum ex capite, tanquam medicari voluisse, deradit, & eius capiti levi atramento literarum formas impressit, quibus id ipsum, quod nunciare in animum induxerat, scriptum erat, secum deinde donec capilli renascerentur, domini retinet, quod ubi factum est, illum ad Aristagoram dimittit, jubens cum ad eum venisset, illum admoneret, vt quemadmodum ille nuper fecerat, sibi caput deraderet: seruus cum ad Miletum ad Aristagoram venisset, domini jussus memor, Aristagorę rem significat, ille rem frustra non fore (vt erat) ratus, commissum exequitur, sic nuncium percepit.

## C A P V T XIII.

*Furtiva literarum note, quibus maiores  
in scribendo vni sint.*

a Secunda  
specie,

**E**xpositis ijs, quæ de characteribus, qui sine artificio cerni non possunt, proximum est de ijs verba facere, qui per se sub visum cadent, alioquin technis impliciti. Sed quoniam hac in re nonnullos prisci modos

modos invenerunt, qui multum à nostri temporis dolis & involucris differunt, veterum primum huiusmodi scribendi rationem prosequemur, occultos mox nostri temporis scribendi modos in secundum librum differemus.

*b* Maiores itaque, cum res, vel tempus obscuritatem exigeret, varijs in scribendo ambagibus usi sunt: testes sunt Suetonius & Gellius, qui hac scribendi ratione C. Cæsarem in epistolis ad C. Oppium, Cornelium Balbum, Ciceronem, & cæteros familiares, qui res eius domesticas, ut absentes curabant, usum esse meminerunt. *c* Occultè scribendi modus hic erat, ut literarum potestas commutaretur, & primas literas quarta quæq; succedens indicaret, quò fiebat, ut scriptum səpissimè sine coagmentis syllabarum componeretur, ita ut inconditè literas positas putes, inter eos verò interpretandi clandestinum commercium erat: Res exemplo dilucidior fiet. Pro A litera D ponebatur, E pro B, F pro C, & de reliquis in hunc modum. Sic in legendo sonus cuique suus, & potestas reddebat, & occultè scriptum legebatur. Extat de hoc scribendi modo *d* Probi grammatici satis curiosus commentarius, in quo de occultâ literarum significatione à C. Cæsare scriptarum pertractatur. Alietur verò literarum potestatem Augustus commutabat, cuius extat scriptū ad filium huiusmodi: Quia innumera incidunt assidue, quæ scribere alterutrū & secreta esse oporteat, & habeamus inter nos notas si vis tales, ut quicquid scribendū sit,

D : s      pro

*b* Mos maiorū.

*c* Prima ratio eiusdem per aitrigorxā - usip.

*d* De Probi libro cuius mentionit A. Gel. noct. Att. lib. 17. cap. 9.

*e* 2. Ratio.

pro unaquaq; litera, succedentem scribamus  
hoc modo, ut pro A ponamus B, & C pro B,  
& de reliquis in hunc modum, & pro Z duplex  
AA, ut à novissima ad primam duplicatam re-  
deamus: hic fuit Augusto scriptum obscurandi  
modus. f Aliter Cicero, (ut aliquibus videtur)  
qui instar dictionarij librum conscripsit, in  
quo singulis verbis singulas notas, quibus illa  
significarentur præfixit. Tantaq; erat notarum  
& verborum g copia, ut quæcunque latino ser-  
mone scribi possent, suis notis exprimerentur.

*b* De discri-  
niñharū notarū  
monuimus su-  
pracap. 1. Con-  
sulatur & Tri-  
them. Poly-  
graph. pp. 2.  
& Leonhart-  
Turneiss. Ono-  
mastic. part. 2.  
pag. 174.

*b* Vnde character hic ~~M~~ M V N D V M si-  
gnificabat, hic ~~M~~ M O D V M, hic ~~H~~  
H O M I N E M, & hic ~~T~~ T E M P V S, alias in  
hunc modum *f* S Y L L A B A M, alias verò  
sic D A C C O M M O D A T, huius generis  
reliquæ erant, quæ in eo libro commentus  
ille fuit, quibus pro exprimendis occultè ani-  
ni conceptis uterentur. Nec defuerunt, ex  
prisciis autoribus, i qui præ notis verba scri-  
berent.

*i 4 Ratio.*

## C A P V T X I I I I L

*Antiquorum scribendi modos  
nostra tempestate vanos & in-  
utiles esse.*

*a 1. de Scytala.* **H**AEC prisci commenta ad scriptum obve-  
landum invenerunt: a verùm ut de ijs  
verba faciamus à scytala initium auspicabi-  
mur. Quotus igitur quisque nostra tempesta-  
te erit, qui maximis & arduis in rebus, quæ  
deside-

desiderant occultari, capit is sui & fortunarum  
discrimen in scytale securitatem reponendum  
tutò existimabit, quin potius à quovis vel mi-  
nimum curioso id genus scripti artificium ce-  
seat facile posse deprehendi? quis autem rursus  
non intelligat, non alia ratione illud, quām  
in eum modum, quo scriptum fuit composi-  
tum, debere interpretari? in ligno verò cum  
scriberetur circumvolutum non agnoscat,  
quòd si digitis vel surculo æquatæ crassitudi-  
nis complicetur, quis non videat iterum  
coeuntibus partibus statim facillimè scriptum  
aperiri? b Iam verò quām vanum in pugillari-  
bus scriptum sit, videamus. Ego quidem meo  
judicio existimo in hunc modum molestiùs  
esse scribere, quām cuiquam, qui vel medio-  
cris judicij sit, latens scriptum indagare, pa-  
rundi que conferre hanc scribendi rationem no-  
stra ætate fuisse sublatam, ut eò minus occulta  
fraus prodi possit: siquidem etiam si nulla  
prisci moris notitia haberetur, certè rem ipsam  
supicio detegeret. c Sed neque illud satis tu-  
tum esse potest, ut derasis capillis capiti, in-  
scribantur literæ, siquidem sudore, cui caput  
est obnoxium, facile possunt aboleri, quod si  
acu etiam cutis perforetur, ne hoc quidem sa-  
tis ad suspicionem sufficiet, si is, qui inscriptio-  
nem gerit intercipitur, tūm enim diligentissi-  
ma fit inquisitio, metus & necessitas vigilan-  
tiā præstant, nec prius sati sibi factum pu-  
tant, quām cuncta penitus, quibus veritas  
erupatur, exquisierint, nunc pollicitationibus

b 2. de Pugil-  
laribus seu tab.  
ceratis.

c 3. de Hiscei  
strategemate  
de quo rursum  
inst. lib. 2.c. 20.

quæruntur illicita, nunc minis terror incutitur, quod si hæc parum prosint, supplicijs & tormentis res agitur, at si ne hoc quidem prodest, ne interim literæ furtim perferantur, non solùm caligæ & soleæ perquiri solent, vestes eximi, & futuræ dissoluti, sed ne à visceribus quidem perscrutandis abstineatur, tantum abest, ut illi ab inquisitione intactum caput relinquant. Sed hactenus de huiusmodi literarum velamento, d' nunc ad notas, quibus ijdem usi sunt, verba convertamus, de quibus ne sermo nimis in longum in re ludicra protrahatur, nil est, quod dicam, nisi vanissimas esse, quæque vel à pueris possint facile agnoscī: observatā enim characterum potestate, qui sæpius repetuntur, nemo est quin videat, parum conferre ad scripti obscuritatem characterum potestatem immutari, neq; solum potestatem, sed etiam figuram: siquidem ne latens scriptū mentis inquisitione eruatur, parvi videtur referre characterem vel barbaricū esse, vel aliam quamvis formam pro charactere depingi, modo compertum sit, quo sermone charta concinetur, isque sermo interceptori minimè obscurus existat. e Sed ut de Ciceronis invento loquamur, quis eius laborē in ejusmodi notis perquirendis citra nauseam subibit, ut tot sibi characteres effingat, quot rebus singulis, quæ usu venire possunt, ut singuli aptentur, sufficiant, quibus, quamvis tutò scribi possit, quomodo tamen paucis diebus, ne dicam horis idem conscius interpretabitur, qui hunc verborum

d 4. De notis  
quibus hac in  
re usi sunt ple-  
riique veteres.

e 5. De notis  
Ciceronianis.  
de quib. suprà  
pag. 54.

borum indicem retineat? Abeant igitur cum sua vetustate tam copiosa veterum commenta: nos animi occulta consilia scripto commissuri, ne quaquam ijs tutos existimabimus, longè alios astus, longeque aliam vafritiem hæc ætas videatur exposcere: in qua vel infantes nondū verba balbutire cognovimus, cum subdolæ mentis quedā signa, veluti malitiaz primitias ingerunt, quasi à nutricis uberibus simul cum lacte illam suxisse, ne dicam à matris utero contraxisse videantur. Quare in usum, qui velint, hæc admittant: nos certè sicubi res occultissimas necessariò latebras exposcit, pro rerum occasione illis nequaquam vitæ & fortunarū discriben committendum ducimus, nisi res minoris esse videatur, quam ut in ea occultanda nimis laboremus. Cuiusmodi igitur ad hæc astus ætas nostra protulerit nunc in medium proferamus.

## C A P V T X V.

*Furtivas literarum notas fieri, que cerni  
non possunt, tūm earum ratio & usus.*

**D**iximus, & quæ ad scriptum sic operiendū, ut locus, in quo facta sit inscriptio, scriptū occultet, commenta priscorum ætas induxit: nunc invisibles scribendi modos, quos eorum vice nostra solertiùs indagavit videamus. Scribendi modum invisibilem nuncupamus, quod nisi ratio adhibetur, qua scriptum indicetur, characteres intuentis omnino visum effugient, ita ut is, cui scriptum destinatur, notas expōndi modum ab eo qui scripsit præcognitum habere

*\* Metabasis  
methodi rationem indicans.*

*b Commenda-  
tio huiss ra-  
tionis.*

habere oporteat. *b* Porrò hoc scripti genetè, quoniam multum habet obscuritatis, in maxi-  
mi momenti rebus, quas non parum intersit occultari; potius quām quovis alio uti expe-  
dient: præsertim si sub eo scripti etiam perplexi-  
tas occultetur. Quare ne quid omissum vi-  
deatur, quod ad præsentem materiam possit  
pertinere: ea de realiqt modos præscribe-  
mus: quos è nostris naturalis Magia antea  
experimento comprobatos, hūc transtulimus.  
Nihil enim ibi commissum est, quod verum  
antea non indicasset eventus, quos repetere  
hoc loco non inopportunum videtur, quorum  
quamvis aliqui etiam lippis & tonsoribus noti  
fint, eos tamen exigente materia non præte-  
ribimus. *c* Fiunt itaque literæ, *d* quæ inter-  
diu delitescant, noctu verò luminis abscessu  
vel tenebris conspicuæ fiant, quarum scri-  
bendarum ratio est huiusmodi: *e* Nitedulæ  
capiantur, ex quibus humor stillatorijs valis  
accuratius extrahatur, quemadmodum in Ma-  
gia docuimus, tūm ea ex aqua graphicè supra  
chartam notæ exarentur, qua in re si seduli  
fuerimus, nequaquam interdiu characteres  
appatebunt, noctu verò igneo colore niten-  
tes videbuntur. *f* Alij verò secus salicis cor-  
ruptum aqua lignum distillant, & extracto li-  
quore characteres describunt: licet hic scri-  
bendi modus à subtilitate potius, quām à fa-  
cilitate & utilitate commendandus sit, neque  
enim sine fastidio sic res perfici potest, & fa-  
cile sit, ut opus laborem frustretur, nam  
si ab

*c 1. Ratio seu  
modus.*

*d Subdivisio.*

*e Prima. ratio.*

*f Secunda  
ratio.*

si ab intercipiente igni exponitur, statim scriptum detegitur. *g* Possumus verò aliter consequi; *h* ut in alba charta, aliavè corporis parte inscriptæ notæ delitescant, & cum opus fuerit, detegantur: Super brachium vel dorsum, aliudvè i membrum aceto vel urina clanculum fiat inscriptio, eaqué exicetur, ut ne vestigia quidem appareant: Ut verò scriptum exponatur, fuligo vel combusta papyrus exterratur, sic enim literæ internitebunt. *k* Vel aliter si adipe vel sepo, aliovè pingui, vel gummi delineentur notæ, & carbonis inde, vel combustæ chartæ pollis inspergatur, ut detecta. *l* Hoc fortasse astu (ut *m* Polyænus Græcus ait) Attalus victimæ inscriptione impressa usus est: hic enim ut suos milites ad fortiter agendum cum Gallis hostibus, qui multò plures erant, impelleret, non parum referre arbitratus, si eorum animis indubitate victoriz fiduciam proponeret, ludicram rem, alioquin utilem, huiusmodi cum sacrificatu ro vates comminiscitur. Ante conflictus diem victimam parat, tūq; Sudinus vates sacra faciens, deos precatus libat, & victimam dissecat. At Rex contrito gummi in dextram manum inscribit R E G I S V I C T O R I A, inscriptionem hanc à dextris ad sinistra producens, cumq; viscera extraherentur, manū in calidiorem ac fungosum locum supponit, abstergitq; inscriptiō nem. Sed vates reliquas partes percurrens, & sua munera obiens, convertit particulam, qua inscriptio cōtinebatur huiusmodi; Regis vittoria.

Hæc

*g* ii. Modus.*h* Prima ratio,  
de qua & aliib.*i* 2. Ratio.*k* 3. 4. 5. 6.  
Ratio.Cardan. de va-  
riet. rer. lib. 12,  
c. 61. pag. 792.*l* Exemplum.  
*m* Strategem  
lib. 4.

## • 7. Ratio.

Hæc res vulgata ingenti cum militum gaudio, plausuq; excepta est, ut alacriores, promptioresque ad pugnam animos indicarent, sic quasi non dubiæ spe victoriarum adducti, ac pollicito numine freti, acriter pugnantes Gallos superarunt. Sed ad rem redeamus. n Id etiam præstabit lac ficalneum, si eo alba charta describatur, & postmodū ab amico scriptum carbonis polline insperso confricetur, & detergatur: fit enim ut literæ statim nigrescant. Idē nonnulli simplicissimè vaccino lacte quoque fieri posse existimant, unde illud Antonij ad Paulin. Epist.

## 23. v. 21.

*Lacte incide notas: arefscens charta tenebit,  
Semper in adspicuis prodentur scripta favillis.*

## • 8. Ratio.

o Ad id etiam confert (ut Plinius refert) tithymali lac ad designandas notas, & super illud inspersus cinis ad detegendas, eoq; modo multi, ut ille testatur, adulteras alloqui maluere, quā codicillis. Confirmat hoc Ovidius admonens in arte amandi puellam quemadmodum cum amantibus tutò per scriptum colloquatur.

*Tuta quoq; est, fallitq; oculos è lacte recenti,*

*Litera, carbonis pulvere tange, leges.*

*Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini,*

*Et feret occuleas pura tabella notas.*

q 3. Modus if: q Literæ autē, quæ igne conspicuæ fiunt, quamque multiplex.

vis ferè vulgatum sit, quemadmodum efficiantur, earum tamen rationem hīc tradere non videtur absurdum. Epistola ab eius rei, quæ scri-

i. bitur, suspitione prorsus aliena sumatur, tūm

a. omisis spacij minimè necessarijs, literæ, syllabæ, &c

bæ, & dictiones oportunè humenti succo citrij,  
 vel medici mali, vel cæpæ, vel omnium ferè  
 acrīum succo iterum delineentur: nam siccato  
 humore inconspicuæ fiunt, & eæ tantum, quas  
 solum atramentum delineavit, apparebunt,  
 cæteræ delitescent, ita, ut qui legat tabellam  
 inutiliter scriptam & vanam opinetur: at si pa-  
 gina igni admota incaluerit, literarum rursus  
 lineamenta clarissimè indicabit. Est & salis ge-  
 nus, quod ammoniacū vocant, hoc contusum,  
 & aquæ immixtum literas quidem scribenti  
 albas reddit, quæque cum papyri colore vix in-  
 ternoscatur: veràm si admoveantur igni, nigræ  
 apparebunt. Succus autem cerasorū si calamo  
 adhibeatur, viridi colore, si cyclamini, ruffo li-  
 teras designabit: sic varij fructuum succi, varios  
 quoque igne colores indicabunt. Hac ratione  
 acceptis, remissisque amatoris tabellis, puellæ  
 amantes sæpè parentum custodiam frustran-  
 tur. n. Fiunt quoque characteres, qui non nisi n. Modus.  
 cōbusta papyro interniteant: Modus talis est:  
 Literæ gummi, vel quovis salis genere, vel calce  
 in papyro producantur, quæ cum per ignem  
 apparere nequeant, combusta denigrataque  
 statim papyro characteres albican. o Fieri quo- Quinti modi  
 que possunt literæ, quæ nisi charta aquis mer- i. ratio. For-  
 gatur, legi non possint, eas delinçandi modus  
 talis est: Alumen aqua dissolvitur, eoque disso- tasse hic mo-  
 luto characteres describuntur, qui cum sicce- dus est à Car-  
 scunt, conspici desinunt. Vt vero legi possint, dano descri-  
 charta aquis immergitur, sic immersa characteres ptus, de Varietate  
 conspicuos reddit. p Idem etiam aliter fit: p 2. Ratio.  
 c. 61. pag. 780.

E In

- In vitreis Chymistarum vasis è chalcantho humor distillatur, eoqué in papyro chara&teres formantur, & sic fallent intuitum: Ut verò cerni possint in omphacitis gallæ aquam charta, vel in vinum, in quo ea \* inferuerit, mergitur. q Vt verò alibi magis quam in charta scribi possit, hoc modo scriptum fiet, quod lactis candorem imitabitur: Lithargyrus primò teritur, tritus in fictile, ubi sit aqua aceto commixta immittitur, & decoquitur, & per colum traiicitur, mox servatur, tūm in limonis citrigeri succo in lapide, vel aliqua corporis parte, vel alibi exarantur notæ, illæ siccato humore minimè apparebunt: sed ut legi possint, ea lithargyri aqua madefactæ, conspicientur lactis candorem imitari. r Poteſt etiam epiftola hoc modo cinnari, ut ea, quæ volumus latere, medijs inter versus qui cernuntur ſpacijs ſcripta diligescant, cumque opus ſit, abolitis, quæ prius apparebant, cerni possint. Modus hic erit: Stillatitio chalcanthi liquore (vel affusa in illud ferventi aqua, dum illud ſolutum fatiscat) ſuper papyrum arcana literarum lineamenta deſignentur, cum arefactæ ſint, illicò celantur, cæterum ut inane ſcriptum deleatur, hac ratione fiet. Combusta palea, vel ſalicis carbones ſuper porphyreticum marmor tritarentur, tūm omphacite galla in albo vino decoquatur, ſicq; humore in ſpongiam attracto, vernaculus color ater obliteratus delitescet, pristinus verò, qui delituerat, refriſcatus apparebit. s Fiet idem, ſi commune atramentum tautum

\* Inferbuerit.  
7. 6. Ratio seu  
modus.

r 7. Ratio seu  
modus eiusdem-  
que subdiviſio  
& ratio i.

z. Ratio.

tantum aqua diluatur, quantum illa occultans literarum lineamentis satis sit: eoque modo totum id, quod volumus latere, describatur, tum atramentum ex carbonis, salicis, vel paleæ combustæ polline paretur, eoque super albicans scriptum inania, quæ velimus describantur. Huiusmodi atramentum parum aut nihil à vero differt colore. Cæterum ut arcanum scriptum legi possit, vino in eadem galla decocto, spongiâ pagina detergitur: sic quod prius apparebat scriptum, delitescat, quod verò cerni non poterat, indicabitur. Verum si libuerit characteres sic designare, ut nisi lumen vel syderis vel candelæ interponatur, cerni non possint, in hunc modum fiet: Cerussa aliasvè color gummi liquefacto immiscebitur, ex ea que immixtione materia chartæ concolor parabitur, ut nihil ab ea discernatur, tum quin nuncium sit excepturus, charta oculis & luminis interposita, subobscuras characterum formulas conspiciet: fit enim ratione optica, ut ea materia parum densa, dum opposita externo lumini, impedit, quò minus ulteriores radij ad intuitum nostrum perveniant, conspicuam nobis lineamentorum umbram efficiat. « Fieri etiam potest, ut nigra charta albos characteres conspicuos reddat. Ratio est hæc: Oui luteum albumenque commiscentur, ut instar scriptorij atramenti liquefaciat, eo liquore literarum figuræ in papyro protrahuntur & exiccantur, tum super exiccatâ chartam

\* 8. Ratio secundum modus.

\* 9. Ratio secundum modus.

E a color

- color ater inducitur, eaq; iterum exiccata mititur, verum ut literæ conspici possint, lato ferro chartæ superficies eraditur, sic enim fiet, ut sublato inde atramento, ubi literæ erant, earum albi coloris signa conspiciantur. **x Maximè**  
**x 1o. Ratio seu modus.** quodque tūtum fuerit ovo literas inscribere, quod sua non carebit fallacia: **y Alumen & galla** tunditur, pollis aceto immiscetur, donec atramenti instar liquefacat, hoc modo parato liquore characteres super ovi cortice designantur, & exiccantur: inde muriæ vel acri aceto imponitur illud, ubi cum quatriduum permanferit, postmodum eximitur, & exiccatur, ad amicum mittitur, tunc enim literæ amplius foris non apparent: **Vt** verò is scriptum legat, igni illud admovebit, & rostū emundabit, sic intus characterum signa conspiciet. **Fit idem alia ratione:** **z Cærā** ovum circumlinitur, in eaque stylo ferreo literæ delineantur ad corticem, tūm humore ex aceto, & gallis comparato fastigentes rimæ complentur, & exiccantur: per diem subinde ovum in aceto servatur, mox ablata cærā ad concium mittitur, at ille eo decocto & mundato, in pervio cortice & duro albumini impressos characteres inveniet. Sed quoniam ea, quæ obscuras characterum notas præcedere visa sunt, ad iustum metum produxi mus: proximum est, ut hoc clauso volumine, instantia, quæ nostri muneris magis propria sunt, secundo libro prosequamur.

*Finis primi libri*

IOAN.

IOAN. BAPTISTÆ.  
PORTAE NEAPOLITANI DE  
Occultis sive Furtivis  
Literarum notis.

LIBER SECUNDVS.

PROEMIUM.



v id olim notæ & quorsum à ~~avāpūvus~~.  
 maioribus earum usus indu-  
 ctus sit, primo volumine indi-  
 cavimus: Proximum nunc est,  
 occultè scribendi, ijsque uten-  
 di modos, ut tutò epistolis ar-  
 cana committantur, tùm ne illæ intercipian-  
 tur, prosequamur. *b* Huius voluminis mate- *b* Divisio-  
 riam quatuor in partes dividemus, eos pri- 1.  
 mù m modos, qui artificiosa legentes simula-  
 tione deludent indicabimus: notarum deinde 2.  
 involucra, quæ non nisi magno cum labore.in-  
 terpretari possint, suggesteremus: mox ea pro- 3.  
 sequemur, quæ tanta doli perplexitate invo-  
 luumatur, ut ne Oedipi quidem conatus non 4.  
 frustrentur: tùm ad ea procedemus, quæ non  
 modò per vestigari nequeant, verùm etiam  
 nullam doli, aut rei sub adulterinis literis con-  
 tentæ, suspicionem relinquant: sed ut alterius  
 propositi scriptum negligendum præbeant.  
*e* Verùm dicet aliquis, quorsum in re tam fri- *e* Obiectio.  
 vola tantum laboris impendium? Quotus  
 enim quisque tam rudis & obesi ingenij erit,

E 3 qui

qui in his componendis, postquam huic negotiо aliquandiū operam dederit, peritus non evadat, ut ad effingendos id genus novos & diversos scribendi modos sine magistro facile idoneus non existat? qui præterea tam multi esse poterunt, ut ijs, neque volumen capiendis, neque quisque percensendis satis esse videatur? Non diffiteor novas posse horum characterū figurās ex arbitrio quemlibet confingere: verū non omnes eiusmodi erunt, ut & scribenti & interpretanti nauseam non pariant. At qui nos eos modos tradere conati sumus, quorum præter multiplices literarum characteres in omni ferè scribendi ratione, cum facilis erit usus, tūm verò facilior exemplum habentibus ad percipiendum interpretatione, eo enim penitus sublato, omnino perdifficile erit, ut scriptum legi posse nullo plane modo videatur. Sed quoniam innumeris penē modis hæc scribendi rationes possunt variari, nos ex ijs aliquas, qnæ insigniores visæ sunt attingisse satis erit, ad quarum exemplaria quivis novas & præstantiores poterit comminisci.

Sed ne longius sermo protrahatur, ad  
cas præceptiones oportunum  
fuerit accedere.

## CAPUT. I.

*Quid sit occultis seu furtivis literarum notis scribere.*

**N**Il aliud furtivis literarum notis animi sensa committere appellamus (quod in hoc volumine præcipuum intendimus) quam eo scribendi uti artificio, ut quod per epistolam nunciare velimus, ita occultemus, ut non alia ratione, quam ea quæ à nobis inducta est possit interpretari, quo sit, ut huiusmodi scriptum nemini nisi amico, cui res nostras percipi volumus, facile cognoscatur. *a Huius & Dixit.*  
 verò artificij tria potissimum sunt genera: tria enim præcipue accidunt literæ: ordo, figura, & potestas: *b* quare aliascribendi ratio ordinis *& 1. Genus,* permutatione obscuratur, ut si R O M A pro eo quod est A M O R scribatur. *c Alia figuræ & 2. Genus,* commutatione, ut si pro formis nostrarum literarum quidvis aliud ex arbitrio depingatur, & sua quæque literæ potestas forma exprimatur. *d In hunc modum Esdras scriba & juris & Exemplum.*  
 peritus (ut Hieronymus in libri Regum præfatione testatur) cum eum librum scribebat, in quo leges continebantur, novis characteribus usus est, qui postea à Iudeis usu recepti, omnibus temporum successione perspicui facti sunt, ut non aliis apud Hebreos characteris usus etiamnum perduret, quam eorum, qui tunc nuper reperti, erant obscuri. *e Alia permutata figurarū potestate obscurior redditur,* ut si pro una Tyriorum litera, alia Palamedis,

E 4 & p<sup>ro</sup>

*f* Plin. lib. 9.  
cap. 12. & lib. 7.  
cap. 56. Tacit.  
Annal. 11. & ibi  
Lips. Lil. Gir-  
ald. de poet.  
dial. 1. &c.

& pro Palamedis una Simonidis Melici pariter alia reponatur, vel ex adverso. Nam si *f* veterum monumentis fides habenda est, Tyrij apud Græcos literas induxerunt numero sexdecim, post hunc Palamedes quatuor, demum Simonides totidem adiunxisse traditur: ita ut omnes quatuor & viginti numerum absolvant. Hæc sunt præcipua occultè scribendi genera, verum ex ijs multæ species emanant, quæ pro diversa eorum compositione variantur, nam & ordinis transpositio, figuræ forma, & potestatis fundatio multiplex esse potest, & ea simul posita diversissimam obscurandi scripti perplexitatem efficiunt, unde tam multa, diversaque esse possunt genera, quam varia excogitantium in omni tempore ingenia. Sed hæc suis locis inter legendum fient clariora, quare velle hic ea percensere absurdum esse existim. Nunc ad reliqua transeamus.

## C A P V T. II.

*Quod per literarum transpositionem  
occultè scribi posse.*

a 1. Genus  
metabœsis  
sive potius ge-  
neratim ðœsis  
varia.

**V**T a igitur ad occultè scribendi modos accedamus, ratio poscit, ut ab ordinis transpositione, & in hoc genere à simplicissimis & scriptu facillimi exordiamur. Initijs enim simpliciora magis convenire videntur, taliisque ordine omnes ad disciplinas commodiùs provehimur, ut primū cognitu facilitia, mox aliquanto difficultiora, & minus simplicia discamus.

*b Quare*

**b** Quare inter cæteros talis scripturæ modos **b i.** Modus <sup>transpositio</sup> qui ab hujus rei non ignariſ circumferuntur, <sup>metathesis.</sup> hic primum occurrit, qui eo artificio contegi-  
tur, vt literæ certo ordine servato, in scripto  
transponantur. **c** Hujus generis duplex ratio **c i.** Modus esse potest: altera erit, quæ suspicione prorsus <sup>per se</sup> seu sub  
carere videbitur; altera, quæ licet suspicionem <sup>divisio eiusdem.</sup> afferat, se tamen sua obscuritate tuebitur, nisi  
nimis curiosus interceptor, observato literarū  
ordine, quomodo literarū nexus transferatur  
deprehendat. Prioris modi ratio hæc est **d** Pro- **d i.** Ratio.  
posito primū vestrę sententię exemplo, vt tuti-  
scribatur: duæ statim lineæ capiantur in quib⁹  
literæ collocentur: prima tū litera in superiori  
proxima in inferiori, rursus tertia in superiori,  
versu, quarta item in inferiori alternatis vicib⁹  
reponātur, quoad tota spacia literis cōplean-  
tur, mox ijs perfectis binę aliæ sumantur lineæ,  
quæ pari modo literis occupentur, donec to-  
tus sensus expleatur: quo fiet, vt binæ extremæ  
lineæ aliquando ambæ dimidiatae remaneant.  
Hæc sententia notata primum nostris char-  
acteribus subjiciatur exemplo. **TVI PRIDEM**  
**ARDENTISSIMO AMORE INCENSVS SVM,**  
**VERVM SIGNIFICATIONEM ADHVC NVL-**  
**LAM DEDI, HABITA RATIONE VERE-**  
**CVNDIAE TVÆ, ET PARENTVM. QVARÈ**  
**NISI AMANTI SVBVENTVM SIT, TVA VI-**  
**CTVS SÆVITIA COGAR VITAM DIMITTERE.**

Hæc verba si ad eam formam scripto com-  
mittenda sint, transposito literarū ordine tale  
scriptum indicabit.

E s t i r

t i r d m r e t s i o m r i c n u s m , e u g i i a i  
 u p i e a d n i s m a e n e s s u u r m i n f c t o  
 n m d u n l a d d b b t r o e e e u d a u e p r n u  
 e a b c u l m e i , a i a a i n u r c n i t e , t a e t m  
 q a e i i m n i u u n u s t u u c u s u t a o a u t m  
 u r n s a a b s b e r m i t a i t s a i i c g r i a d  
 i i t r  
 m t e e

## 2. Ratio.

Sed perplexius & involutum magis scriptum erit, si numerus versuum adhuc duplicabitur, ut quatuor primum lineis constitutis, literæ eo ordine collocentur: vt prima primi versus initio, proxima quarti tertia in fine primi, quarta in fine postremi, quinta deinde initio secundi versus, sexta initio tertij, septima in calce secundi, octava denum in calce tertij disponantur, & idem postmodum ordo servetur, vt subiecto exemplo res clarius suggeretur.

t m s r u u i m l h t e u n e u o b a d a s s i i r i  
 r e o c m g i u d t e d p u r e e r d n n i e n m t d  
 i n a e u n o c e a u i a m e t r a i u e f r s o i e  
 u a s e s m c a l a i c a t t n n i m b t i u n m d p  
 q i u s c t u i t t a u t u m a  
 e n n u s o m r i a u u u i i  
 n t t a a g d e m r i i m s s  
 u a b i t i i t e a c s t e a r

Sic variatâ semper literarum transpositione, complures involutos scribendi modos nan-  
 ciscemur: quos poterit quisq; suo more indu-  
 cere, nobis enim hæc attingere videtur satis.

f9. modus seu  
potius ~~modus~~  
deus.

f Fiet etiam aliter, vt ex literæ in principio &  
 medio tantum designato ordine, vel principio  
 & fine

& fine tantum, vel in principio, medio & fine simul collocentur. non tamen facile erit ad hoc significantes semper dictiones suppetere, gatqui quoties id commodè fieri non poterit, <sup>g</sup> Nulla suppetente dictione non abs re erit, tale scriptum componere, vt significante. nullum verbum, quod aliquid significet contineat, vt alienus interpres ignoti idiomatis opinione ambiguus teneatur, quod etsi suspicione non carebit, arrifcij tamen nequaquam admonebitur, præsertim si epistola græci, vel barbari alicuius sermonis, cuius cognitio interceptori futura non sit, sonum imiteretur. Exemplum subscripti thematis subjiciam, vbi significantes literæ in initio, medio, & fine collocantur.

CVM DIVTIVS INTER NEAPOLITANOS ET HOSTES PVGNATVM ESSET, SPE OMNI SE ABDICARE COACTI, RETRO ABIERVNT.

Cheurim drisu traſiberu ſin thimelior nieba perofil iutla nos eliteeblah orſet erfip, vlogeon, aftiu mes ſſett ſtepole olmin irſilefonimie asbídica rec oſtaric tir eſturo ab imenr vnor.

### C A P V T III.

*Occulta literarum transpositione aliter fine suspicione interpretem deludi posse.*

**P**roximum nunc est alios occultos scriben- <sup>• Secundus</sup>  
di modos, qui quodam verborum vela- <sup>modus r̄is</sup>  
mento obduci, interpretem artificiosa simu- <sup>exverbescas.</sup>  
latione deludent, quod ad hāc partem videtur  
spectare prosequamur. Huiusmodi sunt lepida  
nōnulla epigramata, aliaq; poetarum carmina:

qua

que letores dulci quodam artificio deludunt. Quæ, ne quid præteream, quod ad rem facere posse videatur, apponam. Nam & hæc suum dolum habent: ut cum amicis liceat suaviter interdum sic jocari, & interpretem velata verborum imagine ambiguum detinere, quod jucunda urbanitate non carebit. b Ad hanc rem nullæ afferri certæ præceptiones possunt: sed authorum exempla satis erit afferre, vt si quis in hanc formam ludere velit, ea imitetur, potest enim sibi quisque multiplicem sic jocandi rationem ex arbitrio configere. c In hunc modum amicus ad amicum scribendo jocatur.

*En tibi mitto caput Veneris, ventremque diAnæ*

*Latronis caput, & posteriora canE*

Quibus versibus salutationem mitti significatur per verbum *Vale*, cuius scribendi literæ primæ, mediæ, & vltimæ indictionibus Veneris, diAnæ, Latronis, & canE requiruntur. d Est & nonnullorum labor hujsmodi versuum capitibus literas præfigere, quæ sententiam absoluunt. Talia sunt Erythreae Sybillæ, quæ græcè de venturo Christo circumferuntur, carmina quorum sententia latinè, ijsdem numeris ea ratione servata, vtcunque fieri poterit, sic expressa est.

„ Iudicij signum tellus sudore madescet,

„ Ecclœ rex adveniet per saecula futurus,

„ Scilicet in carne præsens, vt iudicet orbem.

„ Vnde Deum cernent incredulus atque fidelis,

„ Celsum cum sanctis, ævi iam termino in ipso.

„ Sic anima cum carne aderunt, quasi iudicet ipse,

„ Cum

*a Vaga huius-  
modi infinita  
varietas.*

*b L. Ratione.*

*c 2. Ratio*  
*ἀνέργος ιχθύς,*  
qua olim & Q.  
Ennium in qui-  
busdam usum  
notat Cicero  
de divinitat.  
lib. 2. quæ re-  
men hodie,  
quantum sci-  
mus, non ex-  
tant.

„ Cum iacet incultus densis in reprobis orbis.  
 „ Reÿcient simulachra viri, cunctam quoque gazam,  
 „ Exaret terras ignis, pontumque polumque,  
 „ Inquerens terri portas effringet Averni.  
 „ Sanctorum sedes, cuncte lux libera carni  
 „ Tradetur: fontes eterna flamma cremabit,  
 „ Occultos aditus retegens, tum quinque loquetur  
 „ Secreta, atque Deum reserabit pectora luci.  
 „ Tunc erit & luctus, stridet dentibus omnes,  
 „ Eripitur soli iubar, & chorus interit astris:  
 „ Solvetur cælum, lunaris splendor obibit,  
 „ Deiçiet colles, valles excollet ab imo.  
 „ Non erit in rebus hominum sublimus, vel altus,  
 „ Iam aquantur campus montes, & cerula ponit,  
 „ Omnia cessabunt, tellus confacta peribit.  
 „ Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni  
 „ Et tuba tunc sonitum tristem demitteret ab alto.  
 „ Orbe gemens facinus miserum, variosque labores,  
 „ Tartareumque Chaos monstrabit terra dehiscens.  
 „ Et coram hoc Domino reges sistentur ad unum.  
 „ Recedit è cælo igniisque, & sulphuris amnis.

Hos versus e Augustinus in libris de civitate lib. 18. cap. 23.  
 Deiscriptos reliquit, quos à Flaciano clarissimo viro græcè scriptos se accepisse tradit, in vbi Vives Gram-  
 quorum capitibus ordinata singularum literarum serie hæc verba legebantur, λόγος θεού διεύ  
 νός σωτήρ, quod latine est IESVS CHRISTVS  
 DEI FILIVS SERVATOR. Verum in ijs latine recte observavi Ciceronē ha-  
 vtcunque redditis, hac de causa (vt Augustinus ius versionis  
 inquit) non potuit bene is sensus occurrere, authorem lan-  
 quod in græco versu v initio dictionis posita, & eaque hac de  
 in latino servari nequivit, nulla est enim latina  
 dictio,

**six. Sexens. bi-**  
blioth. Sanct.  
lib. 2. Sibyl.  
Eryth.

dicio, quæ à tali litera inciperet, & sententia congrueret, parimodo de cætero ad hanc rem peccatum est. Horum quoque verborum græcè primæ literæ conjunctæ ἵχθυς efficiunt, id est Piscis, quo nomine mysticè Christus interpretatur, qui in huius mortalitatis abyssō, velut in aquarum profunditate, vivus, hoc est, expers peccati esse potuit. flocatur pari modo Plautus in argumentorū versibus, dum Cœdiarū titulū in eam rationē sic exprimit, **AMPHITRÖD.**

**f 2. Exemplum**  
acrostichidis.

, , *Amore captus Alcumena Iupiter*  
, , *Mutavit sese in formam eius coniugis,*  
, , *Pro patria Amphitruo dum certat cum hostibus,*  
, , *Habitu Mercurius ei subseruit Sofie,*  
, , *Is advenientis servum, & dominum frustrâ habet,*  
, , *Turbas uxori ciet Amphitruo atque invicem*  
, , *Raptant pro mœchis, Blepharo captus arbiter,*  
, , *Vter sit, non quit Amphitruo decernere,*  
, , *Omnem rem noscunt, geminos Alcumena enititur.*

**g 3. Ratio seu**  
potius alias  
modus rūs  
interpretētēws.

In hunc modum itaque literis furtim ingestis sensus occultatur. g Possunt & alio modo scripti literæ occultari, vt per initia dictionum dispergantur, quare totidem dictiones esse, quot literas necesse erit. Eæ tamen quò magis rem seriam videbuntur innuere, eo minus suspicionis habebunt, vt quando hic scribendi modus facili interpretationi est obnoxius, simulatione muniatur. h Hujusmodi erit, si mulier amanti **C A V E A F R A T R E** significatura sic scribit.

**Carmina autem Vergiliū erunt à Francisco recitata ante suum Regem Eusebium.**

**i Possunt**

¶ Possunt & in eum modum deligi verba, quæ oportunas scripti literas non primas, sed postremas, vel medias, semper tamen uno servato ordine ex arbitrio contineant. ¶ Aliter Prior est modus per initiales syllabas. PÆDICARE se velle minans jocatur.

*PEnelopes primam, DIdonis prima sequatur,*

*Et primam CAmi, syllaba prima REmi.*

*Quodque sit ex illis mihi tu deprehensus in horto*

*Fur dabis, hac poena culpa luenda tua est.*

¶ Est alius scribendi modus, ut cum perlegeris te laudari, vel ritè ominari, easdem deinde dictiones si præ posterè leges, contrarium principies sensum. Adsunt cuiusdam versus.

*Sors mala, non mala mens, fatum, non criminaria vita,*

*Viserem iusserrunt te loca Thisiphones.*

*Supplicio tibi sit facilis, nec verbere multo*

*Tundere compellat te Dea Tisiphone.*

Si autem conversis dictiōnibus leges, dicet.

*Tisiphone Dea te compellat tundere multo*

*Verbere, nec facilis sit tibi supplicio.*

*Tisiphones loca te iusserrunt visere vita*

*Crimina, non fatum, mens mala, non mala sors.*

Suppetunt in hanc rem plura exempla, quæ ne

prolixior sim, prætermittam. m Sunt & alia

transponendi genera, quæ quoniam ob-

scuriora, & sine suspicione videntur,

ea suis locis quemadmodum

polliciti sumus, in-

dicabimus.

<sup>is. Rationis variatio.</sup>

<sup>¶ Alius modus per initiales syllabas.</sup>

<sup>¶ Modus tñs metade-  
cens per versus  
tñs apômet seu recurrentes  
aut reciprocos.  
Ita enim vocat  
Mar. Victorin.  
Græmatic. II. 3.</sup>

<sup>¶ Reliquorum  
tñs metade-  
cens generum  
ἀποδείωξις  
rejectio ad pag  
218. & seq. ut  
puto.</sup>

## C A P V T IIII.

*De occultis seu furtivis characterum  
notis effingendis.*

*a Secundū Genus modorum explicati difficultiorum.*

*b περιπατησιν.*

**D**Iximus de ijs scribendi modis, qui ordinis transpositione interpretem artificiosè deludunt, quod ad primum membrum partitionis nostræ pertinere videtur. Proximum est jam illos prosequamur, qui non nisi maximo cum labore possunt interpretari. *b* Verum antequam de illis verba faciamus, non absurdum erit (tametsi id neinini difficile fortasse videatur) componendi, & scribendi huiusmodi characterum notas rationem tradere, quod non tantum efficiam, quia existimem id aliter difficile futurum, quantum ut demonstrem ad reliquas notas recte effingendas hæc ipsa quæ nunc tradimus præcipue desiderari, ut quod de vno characterum modo prescribus, id & de cæteris præscriptum intelligatur.

Quare exemplum in hoc simplici tantum scri-

*c Scribendi ratio quibus in rebus consistat*

bendi modo præposuisse satis erit. *c* Scribendi itaque ratio qninq[ue] in rebus præcipue videatur consistere: *Figura, Contextu, Proprietate, Intervalle, & Facilitate*, de quibus singulatim suo

*d i. Figurarum effigio.*

ordine dicemus. *d* Sed primum de characterum figuris, & lineamentorum ductibus dicamus. A itaque potestatem, si velimus occulta characteris figura exprimere, majusculum græcum thita figurabitur in hunc modum ☉. Bialis character demonstrabit: Recta fiet linea, è cujus capite alia transversa in dextrum produ-

catur,

catur, & inferiori dimidiato minor sit, vel paulo minor, ita ut gamma inversum videatur Γ. C hujusmodi erit, vt Z nostrum majuscum inversum imitetur: hoc tamen discriminem erit: e quod huic quarta linea, quemadmodum prima ducta, tertiae cohæredit Σ. D character di varicatis cruribus, in fastigio conjunctis depictus demonstrabit, ita ut grecæ literæ lambdæ similis sit, in cuius capite recta linea sursum ducatur, quæ sua longitudine corpori characteris adæquetur sic λ. E duabus lineis transversis, & in summa conjunctis, quarum altera sinistra crassior, & altera paulo subtilior sit, tali figura Λ exprimetur. F proximus character inversus, vt superius lineæ hiatum habeant, & inferius conjugatur, designabit hoc modo V. *ωνις* est litera b Pro G. justæ rotunditatis circulus describetur sic O. In aspirationis locum recta linea, quæ proximam figuram æqualiter pertranseat, designabitur, & supernè & infernè excedat, & à tumore æqualiter vtrinque disiungantur hoc pacto ♀. Pro I duæ lineæ in longum ductæ, quarum capita alia transversa conjungat, vt nihil excedat, & longitudine latitudine duplo major sit, vt servetur characteris decus, depingetur sic π. L linea recta in cuius calce alia transversa in dextrum ducatur, vicem supplebit: sed inferior linea, quemadmodum in reliquis characteribus dictum est, superiori dimidiato minor sit J. M columna, è cuius medio duæ lineæ in dextrum producantur, quarū altera deorsum, altera sursum feratur, demonstrabit hoc modo

F

X. NMU-

*Quid si M*  
dixerimus in la-  
tus reclinatu:  
seu Σίγμα  
recentiorum  
græcorum.  
*f Quid si*  
Υψηλὸν  
inversum di-  
xerimus?

*Quid si Vin-*  
vernum nuncu  
paverimus? Hæc  
V. Cætera le-  
ctoribus eode  
modo relin-  
quo perpen-  
denda.  
*b Et hæc litera*  
O loeo G po-  
fita.

X. N munus talis figura explebit. Recta linea depingatur è cuius pede alia transversa in dextrum à sinistro ducatur, vt T inversum esse videatur I. O nostrum C. inversum exprimet O. P proxima figura duplicata indicabit, ita tamen, ut alterius fastigium alterius calcem comprehendat, in hanc formam F. Q. græca litera delta instar triangularis formæ designabit A: Pro R nostri S inversi figura depingetur Z. Pro S nostrum D inversum designabitur sic Q. T omega græcum inversum demonstrabit hoc modo U. Pro V recta linea in longum ducta depingetur, è cuius medio spacio aliæ duæ vtrinque equaliter hiantes in calce producantur huiusmodi A. Pro X recta linea depingetur, è cuius fastigio altera transversa in sinistrum producatur in hanc formam Γ. Z inversa figura, quam I diximus indicari munere fungetur in hunc modum U.

Notæ	Potestas.
O.	a.
T.	b.
S.	c.
A.	d.
A.	e.
V.	f.
O.	g.
Φ.	h.

n. i.

Notæ.  
Poteſtas.

n.	i.
j.	l.
x.	m.
l.	n.
c.	o.
z.	p.
Δ.	q.
Σ.	r.
α.	s.
υ.	t.
λ.	u.
Γ.	x.
η.	z.

Hæc sunt quæ de literarum figura dicenda vi-  
debantur: i Proximum est, vt de contextu aga-  
mus. Neque enim parum refert literarum con-  
textum observari: vt in eadem dictione, quæ  
nexum desiderant; simul connectantur: Huius  
modi contextus, sive nexus, ne igitoreetur, id  
apud nos debet intelligi, quod est vnius literæ  
finis cum alterius initio societas. In hunc mo-  
dū erit si A cum V jungere velimus, N. sic enim  
servabitur recte cōtextus, eodem modo i. cum  
Γ. hoc exemplo, T sociabitur, ita vt vnius literæ  
pars alterius initio detrahatur, modò id non  
incommode fiat. *¶* Poteſtas & aliter nexus esse,  
nempe vt literarum confinia tangantur, si pro  
duobus his n. O. fieri contextus hujusmodi

**ID** Quæ nexum & contextum amant, omnes characteres erunt, præter hos quatuor **OΦΔ.**

**I.** **Proprio.** **I.** Literarum proportio in figurarum partibus, prominentijs, & intervallis posita est. Partes figurarum æqua dimensione & crassitudine decentes esse debent. Prominentiæ in longitudine, quæ sursum & deorsum producuntur, excedens corpus literæ consistunt, excessus

**—4.** **Intervallū** hic corporis quantitatem debet æquare. **m** Intervalla considerantur in literarum & dictiōnum inter se distantijs, vt elementum ab elemēto literæ interpositione, verbum à verbo

**—5.** **Facilitas.** o literæ magnitudine jungantur. **n** Facilitas in characteribus debet esse, vt eorum formæ simplicissimæ sint, ne nimia lineamentorum figuratio molestiam scribenti afferant. Quod si initio novorum characterum figuratio scribendi videbitur molesta, parva consuetudine facilitas comparabitur. Hæc in omnibus characterum figuris decenter servanda sunt, quæ potuisse omittere: nisi aliquid, quod ad scribendi exactam rationem spectat, prætermisum esse videretur.

### C A P V T V.

#### *De simplici occultarum sive furtivarum literarum modo.*

**a** Prima ratio simplex. Hic primus modus paulò laboriosior est: minus laboriosam tradid author intra cap. 14.  
**b** Methodus.  
**c** Ratio.

**V**T igitur ad scribendi modos veniamus, in quibus figuræ permuntantur, **b** non im-meritò videtur initium hic etiam à simplicibus id genus scribendi modis, & facillimis sumi debere: **tū** vt discentibus, & adhuc rudibus in hac re in-

re ingenijs comodius consulatur: *d*tum etiam <sup>42. Ratio.</sup>  
 vt inde auspicemur, vnde reliqua huiusmodi  
 inventa quodammodo videntur prouenire. <sup>42. Appellatio-</sup>  
<sup>nis ratio.</sup> Huius nominis ratio, quod *simplicem* hunc scri-  
 bendi *modum* appelle, ne illud temerè videar  
 induxisse: vnde ducta est apparent: quod sic eti-  
 amnum rudes & in hac scribendi ratione parū  
 exercitati scribere consuescant: ijque scriben-  
 di modi inter id genus reliquos omnium pri-  
 mi occurrere solent. *f* Vel aliter adhuc *simplices* <sup>f 2. Cognomi-</sup>  
 dicuntur: quia ociosarum, & inutilium litera-  
 rum, vel dolorum positione defraudantur, nec  
 fuco vel fallacijs conteguntur. *g* Hæc *occulta* <sup>g Descriptio de</sup>  
*scribendi ratio* est hujusmodi. Totius primum <sup>enodatione au-</sup>  
*scripti sententia decernitur: mox furtivi om-*  
*nies primorum elementorum characteres, qui-*  
*bis simplex scriptum occultemus, statuuntur,*  
*vt sua cuique literæ nota substituatur, tūm ijs*  
*suppositis, pro proprijs admittantur, donec*  
*totum id quod velimus, in hunc modum per-*  
*scribatur. Res quamvis perspicua sit ex se,*  
*exemplo tamen clarijs indicabitur. Hæc itaq;*  
*verba flatuantur ea scripturæ ratione conte-*  
*genda.*

POST MEDIAM NOCTEM HOSTES AG-  
 GREDIMINI, ET INITI BELLVM, QVIA  
 HODIE DVX BELLIGRANDO FORTITER  
 CECIDIT, ECCE DEPOPVLABITVR VRBS,  
 ET BELLI BINIS FRIT.

F,

Φ ΚΛΣ ΣΤ ΚΠΛΚ ΣΔΩ  
 ΙΤΠΚΠΛΥΣΟΟ ΔΒΔ  
 ΛΤ ΠΠΝΑ ΤΛΛΚΛΠΟ  
 ΦΛΛΛΓ ΤΛΛΠΟΛΛ  
 ΒΣΠΝΑΣ ΣΛΚΠΝΑΛΣΣΑ  
 ΛΛΖCΛYCΛY  
 ΤΛΛΠ ΒΙΠΠΑ ΑΠΝ

## CAPUT VI.

*De dolis & fallacijs, quibus haec scribendiratio munatur, ut scriptum difficilius interpretetur.*

¶ 2. Modus pau  
lo intricior.

**Q**uomodo ab ijs occulte scribi mos sit, qui parum se adhuc in excogitadis hisce notis exercuerint, dictum est: sequitur ut non nihil de fallacijs, quibus tale scriptum potest implicari, ut tutius scribi possit, & sapè interpretum cōnatus irritetur, differamus. Sed quia tales astus plures ferè esse possunt, quā ut numero comprehendantur, nos aliquot ex his præcipuos attingemus, ut ijs propositis aliorum ingenij novos perquirēdi ansam præbeamus.

¶ 1. Ratio seu modus. continua dictio-  
nium connexio. De cuius enodatio  
ne in lib. 3. c. 9.

**b** Ex his itaque primum hoc artificio utuntur magnates & eorum notarij, qui epistolas exarant, ut simplices has notas tenebris offundat, quo minus investigentur, nullis namque intervallis dictiones distingunt, sed perpetuo contextu

textudictiones producunt, ut verborum fines .  
& initia non nisi magno cum labore dirimātur;  
quæ res scriptum magis obscurare videtur. Ve-  
rūm hunc scribendi modum iccirco *coniunctum*,  
& *continuum* appellamus, quod scriptum con-  
tinuè in chartæ latitudine procedit, ut tali pa-  
tet exemplo.

*PERDITA SVNT BONA, MINDARVS IN-  
TERIIT, VRBS STRATA HVMI EST, ES-  
KIVNT TOT, QVOT SVPERFVERE VIVI,  
PRÆTEREA QVÆ AGENDA SVNT CONSVLITO.*

YTUKOTCLUTYDUDYASV  
SUDDSYJUSVTDYAS  
OTUOΦYKDVADYASV  
CUDYASVADYASV  
P3V00V0YDVSV0SV  
CUDYDTCSTYD

His & cognata fraus esse potest, c. dum versuum <sup>c. 2. Modus. De</sup> cuius enodatio  
series non continuatur, sed intervalla verborū <sup>ac lib. 3, ca. 11,</sup>  
suis terminis minimè distinguantur, & alia ver-  
ba cū alijs miscentur, alia interciduntur: quod  
ex arbitrio ea tantum ratione, quæ comodior  
fiet, scriptum occultabit, vt si idem scriben-  
dum sit, in hunc modum cha-  
racteres dispo-  
nantur.

ΣΟΥΤΙΚΟΤΙΣ ΤΥΔΟΝΥΣΒ  
 ΑΩΣΑΔ ΔΣΥΑΠΙΣΤΙΔΥ  
 ΟΦ ΙΧΠΛΑΣΔΛΗΚΥ  
 ΣΙΛΙΚΛΑΣΥ ΑΣΥΙΔΟΥ  
 ΡΟΛΟΥ ΑΛΟΥ ΔΟΣΛΥΟΣ  
 ΚΑΠΙΔΤΙΚΣΑΤ

*d3. Modus literarum seu notarum otiosarum adjectio.*

*• De hujusmodi enodatione lib. 3. cap. II.*

*f Notas otiosas adjectio nullae*

*g Magna modi scribendi ratio pluribus modis obscurior fit. g  
huius præcætis obscuritatis causa.*

d In his etiam adjectio literæ suum locum  
 sortientur. e Solent igitur ad hanc rem scribæ  
 extra numerum primorum elementorum su-  
 perfluos sibi characteres effingere, quos seriò  
 inter scribendum vel initio dictionum, vel in  
 fine, vel ijs medijs interserant, vt eorum ociosa  
 adjectio interpretantium labor irritus red-  
 datur, quare ex arte *FOTIOSAS & ADIECTI-*  
*TIAS* notas appellamus, quod non alia ratio-  
 ne, quam characterum superfluitate interje-  
 ctæ decipient, vnde etiam *NULLAE* appellan-  
 tur, quia nullam habent literæ potestatem, nul-  
 loque in dictione literæ funguntur officio. Hæc  
 Prima est, quod talibus interjectis notis verus  
 literaru[m] dictionis numerus irritatur. Altera  
 1. quod sic ordinata vocalium & consonantium  
 2. series ( quam maximè esse necessariam infe-  
 3. riens docebimus ) auferetur. Tertia additur  
 4. quod ea crebrò repetitæ vocales, & frequentes  
 consonantes existimentur. Huc accedit & aliud  
 dolus

dolus ex ignorantia initij, & finis dictio-nis inductus, provenit enim hoc modo, ut inter-pres verbum ab ociosis literis auspicetur, & in easdem positas terminet. Ad hæc additur, quod interpres plurium literarū scripti, quām in alphabeto sunt, opinione decipiatur. Pos-sunt & aliæ causæ esse, quas omittimus. His itaque rationibus sic potest scriptum implica-ri, ut non maximam interpreti, vel non parum in hac arte exercitato interdum difficultatem pariat, huius traditionis hoc erit exemplum. *b*

*Exemplum.*

C F K V S C T B K P O V K U D C E  
D A U P L U K P Y V S O O E D V A D  
P U P U L A T L V L A T L U L  
C O Y D A S K Y L V L A T L U L  
A P L X Y I G X T V L F L V L  
C Y T O S V O P U F L V L  
V S C U S U P U S I S V U P U M F S  
S I L E X A Z C V L O F L C V L  
D I S X S K U P U L O F L C V L  
H U S V D P U L I V L A T L

*e* Ad hæc literarū, quibus carere possumus de-  
tractio accedit, huiusmodi literæ sunt QXZY: i 4. Modus  
sine quibus quidlibet etiam commodè scribi detrac-tio literarum super-  
potest. Pro Q ponatur CV, pro X primæ lite- fluarum.  
ræ, quarum loco illa inducta est, assumantur C.  
& S. Similiter pro Z duplii SS. scribatur, pro  
Y nostrum I reponatur. Sunt & aliæ literæ

F 9      quas

**Cautio.**

quas data opera evitabimus, ut HBDFGPV,  
*k* pro quibus fugiendis verba etiam fugiemus,  
 quibus notandis earum usus necessarius sit, ea-  
 rum vice alias dictiones, quæ tantundem va-  
 leant, adhibebimus ratio est: tūm quia id non  
 admodum molestum erit: Parcius enim in  
 scriptura solent evenire: tūm etiam, ut inter-  
 preti orthographiæ modum, qui in earum po-  
 sitione observabitur, ut scriptum intelligi mi-  
 nus possit, adimamus. Orthographia enim

*Is. Modus ver-  
borū brevitas.*

facilè potest sensus viam aperire. *l* Præterea  
 non solum literarum sed verborum etiam bre-  
 vitas ad hoc maximè commendatur, ut si alibi  
 illud Horatianum *BREVIS LABORO,*

*O B S C V R V S F I O:* suam vim habet, huc maximè  
 quadrare videatur. *m* Neque solum in verbis  
 brevitas, sed in tota oratione amica sit, ut etiam  
 nedum unica periodo, sed ( si fieri possit ) sim-  
 plici verbo scripti sensus concludatur.

Fiet enim ut nullo modo in tam brevi scripto cha-  
 racterum potestatem interceptor possit ex-  
 periri: & in verborum indagatiohe quæ paucis  
 illis characteribus aptari possint, ambiguus  
 laboret. Quare data opera expediet, in eum  
 modum characterum contextum disponere,  
 ut verborum significatus omnino sit ambi-  
 guus, dum plura verba pari modo ad charac-  
 terum figuræ referri possunt. *n* Ad hoc valebit

si præter orthographiæ contemptum sic per-  
 permanet scribetur, ut nec numerus, nec ordo  
 literarum, nec vera servetur litera, cùiusmodi  
 erit si *INGNIS* vel *INGIS* pro *IGNIS* scribatur,

**F I L E .**

*n 7. Modus re-  
gularū Gram-  
maticarum ne-  
glectio.*

FILIPVS pro PHILIPPVS, FVRVS pro FVROR,  
 & huiusmodi alia, ita ut no orthographia modo, sed vulgatae scripturae prorsus nescius, qui  
 scripsit, existimetur: o satius enim est rude scribam existimari, quam deprehenso consilio ne-  
 gligentiae poenas luere. Huiusmodi sunt multa  
 veterum vocabula, quorum mos postea temporum  
 successione reiectus est. Eos enim sapenumero  
 S pro R, ut fit in LABOS, & HONOS, VALESIVS,  
 & FVSIVS pro LABOR, & HONOR, VALERIVS  
 & FVRIVS, usos esse comperimus. Itē T pro D,  
 si quidē ALEXANTER pro ALEXANDER scri-  
 bebant, & CASSANTRA pro CASSANDRA  
 & huiusmodi reliqua. Oetiam pro V, ut in HE-  
 COBA pro HECVBA, & NOTRIX pro NUTRIX  
 indicatur, & E in usum pro I admisisse, ut MER  
 NERVA pro MINERVA, & LEBER pro LIBER,  
 & alia huiusmodi multa. p Huc pertinet voca- / 8. Modus.  
 lium & consonantium, quaz crebrō scripto in-  
 terveniunt, figuras duplices, triples, & qua-  
 druples, vel pluribus modis, si libuerit, for-  
 matas habere: ut modo una, modo alia pro  
 eadem figura variè uti possimus: & alienus in-  
 terpres diversarum figurarū, pro eadem literæ  
 positione decipiatur. q Ad obscuritatem etiam / 9. Modus.  
 id genus scripti confert monosyllabarū dictio-  
 num evitatio, cuiusmodi sunt NOS, NON, NAM,  
 IN, ET, VT, A', E', I', O', & alia in hunc modum  
 verba. Illa, siquidem rariora sunt, possunt inter-  
 pretem ad cognoscendas literarum potestates  
 non parum adiuvarare. r Ad hoc etiam faciet, / 10. Modus  
 si ab eiusdem verbi repetitione cavebimus, seu cautio.  
 ne sæ-

- ne saepius positum interpretem scripti possit admonere. Quare ad usum verborum eandem vim habentium, quoties necesse sit, confugimus: ut si *QVONIAM* semel dictum est, postmodum *ENIM*, *QVIA*, *NAM*, *NAMQUE*, & reliquas dictiones prioris verbi vice admittamus, & pro *CITIO* reponamus *STATIM*, *CONFESTIM*, & *ILLICO*, sic & de reliquis. *s* Nec indecens \* decisarum dictionum aliquas notulas effingere: hinc enim & scribendi facilitas & promptitudo, & interpretandi difficultas comparabitur, siquidem & scriptum compendiosius erit, & interpretanti plus afferet obscuritatis. Huiusmodi erit si talis nota & quæ à nonnullis pro *ET* admittitur, quare eius nota etiam usus recipitur, si *ETE-NIM*, *PLANETA*, & *AMET* scribendum sit hoc modo *&ENIM*, *PLAN&A&AM&*, ut non modò initio sed medio & fine dictionis illius usus admittatur, ad cuius exemplar nos significandæ cuiusq; dictionis partium gratia notas poterimus comminisci. *t* Huic simile erit, si pro significandis dictionibus, quæ cerebriores esse solent, primas tantum earum notas designabimus, quem in usum multarum huiusmodi dictionum notæ, quibus uti possumus, decernentur. In hunc modum veteres multas notas induxisse comperimus, ut *C. CAIVM*, & *PP PATREM PATRIÆ*, & *S C. SENATVS CONSULTV M* indicaret. *s* Ad obscuritatem erit: si vernaculi sermonis Itali, qui semper in vocalem desinit, extrema vocalis interdum

\* 11. Modus.  
\* Intercisarū.

\* 12. Modus.

\* 13. Modus.

terdum expungetur, ut verbum imperfectum  
maneat. *x* Huiusmodi sunt & reliqua, quæ ad *x Reliquæ*  
obscurandum sic scriptum valere possunt. Ha-  
cenus de simplici scribendi ratione in permu-  
tatis characteribus, eiusque formis dictum est,  
nunc ad alios scribendi modos succedamus.

## C A P V T VII.

*De Circulari scripto, cuiusmodi illud sit, &  
quæ instrumenti descriptio, quo in scribendo  
uti debemus.*

*a* Xpositis simplicibus furtivarū notarum  
formis, quantum satis esse visum est: nunc  
aliam scribendi rationem, ut ad Rotæ ordinem  
scriptum disponatur, proximum est attingam.

*b* Hunc scribendi modum huius artis periti  
propterea quod ad Rotæ dispositionem com-  
ponatur, circularem nominant: siquidem dispo-  
nitis ad Rotam characteribus, circularis charta

ad literarum indicium rotatur. *c* Primum igi-  
tur antequam huius instrumenti prosequamur

officium, quæ ad eius constructionem perte-  
nant, præscribere operę precium videtur. *d* Di-

ligens itaque artifex eiusmodi Rotam constru-  
eturus, tabulas quærat cupreas vel aurichal-  
ceas, utraq; enim materia facile ductilis fit, &

alia quavis magis idonea: nam si ex ferro con-  
ficitæ sint, ob suam duriciem adversus malleum  
contumaces minimè pertractari poterunt, si ex  
plumbo vel stanno contactu manus defæda-  
bunt, diuturnitatem præterea non habebunt,  
& facile atteruntur: si ex papyro levissimæ

cuique

*a 2. Ratio:  
Circularis seu  
orbicularis:  
de cuius eno-  
datione lib. 5.  
cap. 15.*

*b Circularis  
cur dicta.*

*c Rotula pre-  
paratio.*

*d Materiel  
delectus.*

cuique iniuriæ maximè erunt obnoxia: quævis præterea aëris permutatione facile exacta forma commutabitur, quæ illis in primis est necessaria. Hęc de instrumēti materia satis nunc

*• Forma cuius  
delinatio  
pag. 92.*

*\*\* Forte inque  
alterius.*

qualis forma esse debeat superest indicemus. Ex hac igitur materia duas laminæ diligenter complanatae & exequatæ cōparentur, in \*\* cuius medio circini pes infigatur vagusque alter circumagendo rotundam lineam quæ sita futuri instrumēti amplitudine describat. Mox circino contracto, adhærente eidem puncto pede aliis circulus describatur, qui tantum à primo distet, quantum satis fore in scribendis numerorum characteribus videbitur. Rursus contracto circino ex eodem centro alia circumagatur linea tanto intervallo à superiori distans, quantum capiendis nostrorum elementorum characteribus satis esse censembitur. Mox eodem circini hiatu mediæ alterius laminæ punto, altero circini pede infixo eiusdem quantitatis circulus describatur. Sub hoc deinde alter, astricto circino aliquantò minor delineetur, ut circulari spacio, quod intra linam est, characteres aptè accommodentur. Hoc facto laminæ partes, quæ circularē lineam excedunt, undique exactissimè in orbicularem formam recidantur, exigua parte relata, quæ denti indici assimiletur. In hanc formam minori parata lamina, intra primam contacto utriusque puncto includatur, tenuissimo deinde terebello earum \* puncta perforentur, tūni axis eiusdem materiæ pertranseat, quò minor

*• Centra.*

minor lamina ad maioris circularem lineam  
æquali undique spacio coarctetur , ut parva  
rota versatilis huc illuc circummagatur: & alueo  
maioris laminæ firmiter inhæreat , ne facile  
egrediatur: ut si circumvolveris , angustè po-  
tiùs , quām largo hiatu spontè moveatur. Hoc  
facto universum utriusque circuli ambitum in  
quatuor æquas partes partiemur , & applicata  
bis ibi regula rectas lineas ad diametrum , quæ  
omnes circulos pertranscant , protrahemus.  
Verū ut experiamur an circuli rectè facta sit  
partitio , lineæ si se in puncto laminæ interse-  
cabunt , minimè erratum fuisse admonebunt.  
Singulæ deinde quartæ quinas in partes æqua-  
les dissecantur , & puncto applicata regula per  
omnes circulationes ducantur lineæ , ita ut  
universus Rotæ utriusque ambitus in viginti  
partes exactissimè dissecetur , & circumvoluta  
inferior rota , per omnes lineas ad amissim  
priori respondeat , ut nihil eius lineæ à supe-  
rioribus distent : alioquin opera frustrabitur.  
Hoc peracto singulis primæ intercapelinis  
areis singulas numerorum notas ab uno ad vi-  
ginti progrediendo , & undeliber inchoando  
collocabimus , postmodum inferiori circulo ,  
qui primis areis est proximus , nostrę sic suppo-  
natur literæ , servato ordine , ut sua cuiq; nume-  
ro reddatur litera , in eum modū ut A singulari-  
tatis notæ subjiciatur , B duplicitatis , & huius-  
modi reliquæ , exempta X litera . tūm quia raro  
nobis est usui , tūm etiam quia (ut Quintilianus  
ait) eā carere potuisse , si non quæsivissemus.

Nam

Nam si eius usus interdum acciderit, pro ea C & S uti poterimus: in quarum locum, autore Augusto, eius usus successit: Antiquitus enim pro ALEXANDER, ALEXANDER scribatur. Nos autem id postea fecimus, ut facilius ambitum partiremur. Parum autem vel nihil refert, vigintine, an una, vel duas & viginti sint. Mox per inferiorem rotam ignoti characteres assignatis areis, ut libuerit distribuentur, siquidem propter rotæ volubilitatem nihil interest characterem hunc ignotum huic literæ potius, quam illi supponamus. f Hoc tamen animadversione dignum est, ut tales notæ nusquam omnino diversam figuram sed ferè eandem ubique præ se ferant. Huiusmodi erit, si characteres habentes hiatum ex una parte rotæ non apponantur: hiatus enim, qui modo sursum ascendit, mox devoluta rota, vel deorsum, vel ad latus inclinabitur. Postremò ubilibet in interiori rota surrectus denticulus, uti monuimus, aptabitur, vel incisio, vel tenuis punctus, vel index quoquomodo aliter designabitur, q initium demonstrat, & rectæ vel falsæ scripturæ index futurus sit. g. Poteris etiam, si mavis, ex adverso ignotos characteres in immobili rota, nostras verò literas in mobili collocare, quamvis res, quemadmodum fecimus, præstare videatur. Firmata enim nostrarum literarum rota, ubi quæque litera sit, facilius notarius intelliget: & scriptum citius absoluet: alioquin oculos circumducendo magis in quaerendis elementis elaborabit: tametsi id etiam

f x. Cautio.

g Alia ratio.


h Correctio.

etiam minimum interesse videatur. Hinc de-  
inde instrumento ubilibet manubrium suppo-  
netur, quo manibus illud aptè capi, tenerique  
possit: & absolutum erit instrumentum. Id  
tamen meminisse debes, quòd duo instrumen-  
ta eodem modo composita, & fabrefacta esse  
oportet: alterum enim rei conscientia, & peregrè  
cunti relinquetur, alterum domi continebi-  
tur. *k.* Haec tenus de instrumenti constructio. *& Delineatio-*  
*ne:* nunc, ut res melius cognoscatur, &  
operis facilior in ære, vel ferro fiat  
imitatio, in pictura rem com-  
modè exprimemus,

*Instrumenta  
bina similiaq;  
facienda,*



C CAPUT



## CAPVT. VIII.

*Qua ratione ad scribendum instru-  
mento uti possumus.*

**A**Rtificē superius Rotæ compositionē ad-  
monuimus: sequitur nunc, ut quomodo  
uti con-

uti conveniat, aptè indicemus. *a* In primis itaq; scriptum, breviter quod sententiam continet, ob oculos ponatur, mox Rotæ denticulus sub A litera, vel qualibet constituatur (modò id absenti innotescat) litera inde necessaria per Rotæ ambitum requiratur: ea inventa characterem, quo uti deceat, suppositum indicabit: tūm illum scriptor in tabellam suam referat. Aliam deinde literarum quæsitus, Rotam à loco amoveat, ut spaciū tantūm unum pertranseat, & pari ratione suppositum characterem in eius locum accipiat, cumque in chartā reponat, sic & p̄tō tertia litera tertio Rotam à loco in proximā aream convertat. Hic semper ordo servetur, donec totum scriptum absolvatur. *b* Verūm animadvertendum est, ne in Rotæ revolutione spaciū aliquod prætereatur, ut à primo ad tertium, vel mox ad quintum veniatur, sic enim & qui scribit, & qui nuncium accepturus est, facile decipietur. Ut verò absens scriptum possit interpretari iindice Rotæ A supposito, vel alteri literæ, unde notarius initium sumpserit: & debitissimè inde transitis spacijs, pro qualibet litera è characteris inventi regione epistolam aucupabitur. *c* Nec prætereundum est in lexum non minus, quam in dextrum Rotam posse circumferri, modò de ordine absens certior factus sit. Sed si nostræ elementorum figuræ in mobili Rota dispositæ sint, & ea in dextrum moveatur, idem erit ac immobili essent, & illa rectè tradiceretur. *d* Sciendum tamen est, qui *a* Primus modus  
*b* Cautio.  
*c* 2. Modus  
*d* 3. Modus

G 2 tali

tali instrumento usurus sit, eum posse more suo  
bina pertransire spacia, terna etiam si libuerit,  
nunc ante, nunc retro circumferendo rotam:  
et modò idem semper ordo servetur: ut trepi-  
dationis motum octavæ sphæræ imitari videa-  
tur. Isthæc, etsi videntur minimi, utpote nul-  
lius esse momenti, tamen quia possunt discen-  
tis animum ambiguitate remorari, placuit

*f. Exemplum.*

*f. exemplum tradere.*

Exodatio hu-  
ins generis  
scripti tradi-  
tur lib. 3. c. 17.

HOSTIVM COPIÆ DEFICIVNT, TV ENIM  
HILARIS ESTO, IAM ABDE TIMOREM,  
ET ARMATO MILITE IRRITO.



CAPUT

## CAPUT IX.

*An liceat experiri utrum scriben-  
do \* Rotam peccatum sit.*

\* Rota circum-  
ducenda.

**C**AETERUM non parvi momenti esse existi-  
mo, nec cognitu indignum, rationem tra-  
dere, quâ cognosci possit, an in scribendo er-  
ratum sit: Posset enim evenire, ut Rotæ circu-  
latione, vel spaciū aliquod prætereatur, vel  
repetatur: unde in errorē deveniri necesse est:  
ut non modò is, qui nuncium excipiat, sed  
etiam qui scripsit, quid sibi scriptum velit, non  
satis intelligat. Quare ut ei rei obvietur, op-  
portunum erit scire, quo pacto rectè scripturo  
consulendum sit, dum in ambiguo est, rectène,  
an perperam scriptum fuerit exaratum. Res  
eadem apud Arithmeticos novenario & septe-  
nario numero in multiplicando, & partiendo  
experitur, ut si error commissus sit, eo modo  
palam fiat. *e* Ratio talis erit: Characteres  
omnes, qui universo in scripto erunt positi,  
computabuntur, tūm à toto numero ( si Rota  
viginti areas contineat) viçena toties subtra-  
hentur, quoties in illo comprehensa sint, tūm  
si minor numerus supererit, is in Rota quæra-  
tur, ad quem si index minoris Rotæ conversus  
fit, nihil peccatum esse admonebitur. Alio-  
quin eius indicio facile lapsus deprehendetur:  
nisi bis aut pluries erratum sit, & quantum de  
numero prius subtractum est, tantum postea  
superaddatur, ut unius numeri defectus, alte-  
rius superfluitate pensetur. Res exemplo cla-

Examinis  
ratio.

G 3 rior

**E**xemplum. **r**ior fiet: **f** Si in toto scripto numerati chara-  
cteres ad ternarium & septuagenarium nume-  
rum perveniunt, ex hoc numero vicenis ter  
subtractis, quoties continentur, tresdecim su-  
persunt. Hic numerus in Rota requiratur si ibi  
constiterit index, nihil peccatum esse eius indi-  
cio demonstrabitur. Quare videndum erit, ne  
interior rota inde moveatur, ubi cum scriptum  
absolvetur constiterat.

## C A P V T X

*De dolis & fallacijs, quibus huiusmodi  
scriptum Rotæ indicio indissolubile  
fieri possit.*

**S**Ed videamus nunc ecquid scriptum involu-  
scris, quemadmodum superius de alio sim-  
plici occultè scribendi modo dictum est, oc-  
cultari involuique possit. Et a hoc primo in  
continuato scripto requiratur. Nam si (quem-  
admodum in simplici scribendi modo dictum  
est) verborum nexus continuetur: sensus in-  
terpretis circa verborum fines, & initia remo-  
rabitur. Exemplum erit huiusmodi.

**Q**VESTVS HOSTIS MAGNVS EST, ET  
**Q**VESTVS NOSTER NON MINVS EST,  
**I**STI PLORANT, NESTRI NON RIDENT,  
**Q**VID FACUNDVM EST NVNCIATO.

a Primus mo-  
dus de cuius  
exordatione  
lib. 3. s. 18.



¶ ■ ☈ \$ O ¶ .


*b* Secundo in vacuis, adiectitijs, & ociosis literis <sup>4. 2.</sup> Modi quæramus. Dupli ergo ratione hoc scribendi <sup>modo</sup> ut possimus. Possunt enim adiectitij & <sup>seors.</sup> ociosi characteres, vel Rotæ limbo præter necessarium numerum nostrarum literarum accommodari, ut ea revoluta illi pro utilibus admittantur: vel aliter extra Rotam annotari. Vtriusque usus ratio ad scribendum diversa est. Quare primū post huius instrumenti discrimē, quomodo ijs in Rota dispositis, postmodum qua ratione aliter uti conveniat, docebimus.

*c* Composita itaq: instrumenti forma, qualem supra fore descripsimus, tot superfluas in inferiori Rota statuemus areas, quot præter necessarias scripto notas adiçere velimus, ut si octo futuræ sint, cum nostrarum literarū bis decem characteribus spacia sint, erunt octo & viginti, tanto in superiori rota relicto intervallo, in quo nihil sit, quantū inutilibus notarū spacijs

<sup>a. 1. Ratio. De</sup>  
<sup>cuius enodi-</sup>  
<sup>tione lib. 2.</sup>  
<sup>cap. 20.</sup>

G 4 infe-


inferioris respondeat, in ea tūm totidem designati characteres spacia implebunt. Poterit id ex adverso fieri, ut latini characteres inferioris, & ignoti superius designentur, servato tamen ordine, qui dictus est.



Huius

Huius artificij tabula expressa est, eâ qui usus fuerit, interpretem rei minimè concium præter characterum obscuritatem, superfluis notarum figuris ambiguum remorabitur, ut facilius sit credere, nullo pacto, quod scriptum sit intelleeturum, quam aliqua ratione id ipsum posse percipere. Eius rei formam exemplo clarius indicabimus.

**H O S T I V M C O P I A D E F I C I V N T , T V  
E N I M H I L A R I S E S T O , I A M A B D E T I M O-  
R E M , E T A R M A T O M I L I T E I R R V I T O .**



*d* Quemadmodum uno modo hac ratione vti  
deceat indicavimus, altera eius usus ratio est,  
ut superflui eiusdem characteres non aliter in  
scripto literis & syllabis passim interserantur,  
quam in simplicissimo scribendi modo supe-  
rius monuimus. *e* Sciendum itaque est obscu-  
ritatem augeri, si tales notæ ijsdem figuris, quæ  
*editionisyle*

G 5 aliter

*f. Causa.*

aliter cohaerere debuerant inserantur. *f* Ex eam  
rum cohaerentia scripti interpretationem faci-  
lius nanciscimur. *g* Præterea si alibi disponan-  
tur, Rotæ revolutione inhibebitur, quò mi-  
nus, quod scriptum sit intelligatur, dum inter-  
pres ociosæ literæ potestate frustra conatur  
aptare. *h* Huc accedit, quod in eadem chara-  
cteris figura permutata potestate, & è conver-  
so neque consonantium, neque vocalium cer-  
ta cognitio potest observari, ita ut si idem ver-  
bum repetendum sit, diversis characteribus ex-  
primatur, eaqué ratione multò laboriosius,  
quam in simplici scribendi modo fiebat, ocio-  
sorum characterum cognitionem quisque au-  
cupetur. His de causis difficilius in hac  
ociosorum characterum positione  
interpretis scriptum efficietur.

Ocio sæliteræ tales erunt.

ISHRAVC.



iQVESTVS


QVESTVS HOSTIS MAGNVS EST, ET <sup>Exemplū per</sup>  
 VESTVS NOSTER NON MINVS EST, H<sup>A</sup> <sup>primas rotulas</sup>  
 DORANT, ET HI NON RIDENT, QVID <sup>antea delineata.</sup>  
 SCIENDVM EST NVNCIATO.



ec abs re erit in Rotę revolutione spacia in- <sup>1.3. Medus.</sup>  
 alia pertransire, ut si modò in vno charakte-  
 ri secundum transitū sit, in alio mox ad ter-  
 nū, vel quartum, inde ex arbitrio transeatur.  
 terit etiam si libuerit, modò à sinistro latere <sup>1.4. Modus.</sup>  
 extrum, modò à dextro in sinistrū transitus  
 ari, eadē ratione in omnibus characteribus  
 nota quarendis esse poterit, modò artifi-  
 cialiter senti amico palam fiat. Hæc vt suo loco  
 binus solerti interpretum cura facile in-  
 gābuntur. <sup>2. Sed huiusmodi scripti alia ra-</sup> <sup>2. Mod. ordi-</sup>  
 luę Oedipo, vel Apollinc potius, quam ho- <sup>nis literarum</sup>  
 mine pterum. <sup>ia rota destri.</sup>

mine interprete indigebit: nec indecorum erit tam ingeniosum inventum obscuriori velamento obducere. Artificium tale erit: Nostrum alphabetum in Rota disponatur alio tam, ut libuerit ordine, quam ut communis usus induxit, ut ab alia quavis litera pro prima ordinis initium sumatur, & in aliam, quam que in nostro alphabeto extrema est, alphabetum desinat, & de cetero prorsus literarum dispositio invertatur. Ordo erit huiusmodi, DFSG  
BTCHRLPNRQOAIEV. Ordo enim literarum talis scripti interpretandi, ut tertio libro dicetur, ibi modum praestabit, quo sublato omnino necesse est sensus perplexitas indissolubilis fiat.  
Huius Rotæ forma tali  
schemate proponetur.





## C A P V T XI.

*Iodem Rote artificio quomodo aliter literis  
per tabulam expansis uti possumus.*

**C**mitti poterat hoc planè: sed ne quid  
præteritum videri possit, non reticebo.  
Potest

2. Modus in-  
tricationis ge-  
neralis.

Potest igitur Rota artificium ( si sphærico instrumento vti non libuerit ) in planam tabulam referri, quæ tabula præter obscuritates, quas Rota ingerebat, multiplices & perplexiores, nobis scribendi modos importabit: Siquidem viginti characteres, qui nostris literis suppositi, volubilis ibi Rotæ limbum circumibant, hîc omnes deorsum ducti à latere nostris literis adhærentes conspicientur, quæ rursus ibi litteræ sub numeris suo ordine procedebant, hîc & in tabulæ fronte pariter superpositis numeris in levum transversæ, & à latere characteribus adhærentes deorsum ductæ protrahuntur, quo fit, ut tabula fiat, quæ nostrarum literarum modò à prima, modo à secunda, modo à tertia sumpto initio, & de reliquis eodem modo, numerum à fronte & à latere pro versuum ordine ostentet, & literarum ordo in suis spacijs servetur.

Tabulæ hûius forma  
sic erit.



	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
‡	а	ь	с	д	е	ф	г	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	
‡	ь	с	д	е	ф	г	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	
□	с	д	е	ф	г	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	
*	д	е	ф	г	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	ь	
‡	е	ф	г	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	
‡	ф	з	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	
■	г	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	
‡	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	
○	и	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	
■	л	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	
‡	м	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	
□	н	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	
‡	о	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	
⊕	р	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	о	
‡	q	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	о	р	
‡	с	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	о	р	q	
●	т	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	о	р	q	s	
■	у	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	
‡	з	а	б	с	д	е	ф	з	х	и	л	м	н	о	р	q	с	т	v	

• Huins

• vīsus q̄m ad c Hūus schematis vīsus talis erit: Initio prima  
discere poteris exhibitū exēm litera scripti singularitatis numero subiecta  
plo supra pos- perquiretur: character deinde qui illi ē regio-  
to pag. 24. ne erit an hotabitur, mox altera in ordine sub  
duplicitatis numero cōjuncta inquiretur, pro  
& ea pariter character ē regione positum sumetur:  
sic & in tertia verborū litera, & in reliquis fiet,  
quē sito charactere opposito in tabula ejusdem  
ordinis, sic quartus pro quarta: donec pro vi-  
gesima litera scripti pariter ad vigesimum &  
novissimum ordinem ventum sit; mox ad eundem  
ordinem numerorum redditus fiet, eoque  
modo animi sensa non aliter, quam si Rotatō ar-  
tificio scriptum sit, reponentur: tūm amicus  
interpret̄ eundem ordinem, quem diximus, in  
scribendo servabit.

## C A P V T XII.

*Quomodo quinque, quatuorvē, vel tribus  
tantum notū quodlibet scribi possit.*

Ratio per qua  
ad triangula. I Am, vt ad reliqua transcamus, beantunc scri-  
bendi ratio se offert, qua solis quinque,  
r. Methodus per literas com quatuorvē, vel tribus tantum literis quocun-  
munes. que scribi possit: quæ sua obscuritate non ca-  
rebit, vt interpret̄ universo in scripto non nisi  
tres inspiciendo characteres omnem investi-  
Commoditas gandi spem irritam faciat. c Duplici itaque h̄ec  
huius methodi scribendi ratio fraude tegitur, notatum enim  
primi modi ta- numerus & in scribendo duplicatur, & soli ijdē  
bella conficien semper characteres cerneuntur. d Sed quoniam  
da ratio. locus hic subiectam tabellam videtur postula-  
re, ideò prim illam concinnabimus. Qua-  
tuor

tuor itaque lineis, quæ suis finibus occurrant angulis rectis quadrangula exprimatur forma, quæ in latitudinem longius ducet quinque, in longitudinem brevius quatuor lineis intersectur: ut intra tabellam viginti areæ continendas literarum notis aptè comprehendantur: ut sua vnicuique literæ area reddatur, foris verò è regione quinque literæ communes, seu mavis illij characteres superponantur: à latere verò quatuor, & parata erit tabella: ut inferiùs indicabit exemplar.

A	B	C	D	E	
A	e	i	o	s	A
b	f	l	p	t	B
c	g	m	q	u	C
d	h	n	r	x	D

us usus talis erit scribere volenti: h Scriptum oculos ponatur, litera deinde prima in area bulæ vbi cunquæ sit queratur, mox è regione ius notæ supra, & è latere positæ annotent, eo tamen ordine, ut primum literæ, quæ periùs, postmodum quæ à latere repertæ sint ponantur, aliter enim scriptum frustrabitur, nec qui scriperit intelligat, id fieri donec ines scripti literæ fuerint consumptæ. Nee itile erit ut si scripto dictiones nimis longæ essent, ex arbitrio eius partes sciungant. gulares verò quatuor literæ si uno charactere à fronte, sive à latere posito discrimine labuntur, occultius scriptum erit, ut inter-

H ceptor

ceptor rei novitate magis ambiguus teneatur.  
Hoc igitur statuemus exemplum.

PATRIA HOSTIL, ONSIDIONE LABORAT,  
NEC PRIVS CIVES ARMA CAPERE VO-  
LUNT, QVAM EXPUGNABITVR.

Dbasebddcaa abddacaebaccccadaaabeacaadcadac dbacba  
gabdad daneb, cdb aacdbddcaeeea acca ecbaeaaa  
daccaa acaadbb a. ddbaeecdab etcdebdc ecaaccba ed-  
abecbced aaabcbaebecdd.

<sup>1</sup> Methodus in-  
terpretandi hu-  
iusmodi scripta ; Huiusmodi itaque scriptum si quis velit inter-  
pretari duabus literis vna de longitudine, alte-  
ra de latitudine tabulæ acceptis, in communi  
angulo quæsita litera vera demonstrabitur, pa-  
ri deinde modo ad cæterarum literarum inve-  
stigationem procedatur, k. Ut verò quatuor  
characteribus scribi possit, in tabulæ longitu-  
dine, vbi E fuerit, duplex D. D. accomoda-  
bitur, vt scriptum obscurius fiat. l At si tribus

k. Modus.  
<sup>2</sup> Quadrangu-  
lam scilicet  
Xyma. tantum characteribus scribendum sit, \* qua-  
drangulus efficiatur, qui pro septenaria lati-  
tudine, breviq[ue] in longitudine terrena conti-  
nent spacia, supra mox sic duplicata literæ di-  
sponantur AA, BB, CC, AB, AC, BC, CB. à la-  
tere verò singulares, A, B, C, vel aliter ut pla-  
cuerit. Sic characterum numerus in scribendo  
exemplum.

m Huiusmodi scripti perplexitate  
involucrum Aristotelis de magicis opusculum  
interpretati sumus, quod qui latine reddidit,  
ex industria hac ratione contexit, ne intellige-  
retur. n Poteris etiam si mavis & aliter ijsdem  
tribus notis quicquid volueris scribere, sed hu-  
jus instrumenti primum exemplum, deinde  
vsum

<sup>2</sup> Modus per  
tabellæ appli-  
cationem.

im explicemus. Bractea plumbea, vel aurum  
alcea, vel papyracea capiatur, in ea quadran-  
lus pariter designetur per cuius longitudinem  
tenet literæ pertranscant, ut octona à fronte  
ludantur \*spacia, quæ singula unam literam  
viant, latitudo vero terna contineat, duabus  
eis pari magnitudine intersecata. In huc mo-  
paratis areis ABC à dextri lateris fronte di-  
minentur. Hec bractea supra A literam fastigiū  
beat, quod unius elementi capax sit, cum fin-  
a spacia singulæ literæ complebunt, quæ una  
iginti erunt: hoc tamen ordine, ut quæ vni-  
or fuerit, ad primas literas à latere positas  
piùs accedat, in hunc modum: i e o a u s t r l  
i f d g p h b q x z. Sic parata erit bractea.

instrumentum  
seu tabella fabri-  
ca.  
Selidia à Græ-  
cis auocata  
tur.

A	i	a	t	c	f	p	q
B	c	v	r	m	d	h	x
C	o	s	l	n	g	b	z

Si vti poterimus. Primo punctus in charta  
ponatur, unde scribendi initium sumendū  
is deinde bractæ fastigio supponatur, mox  
rema chartæ linea ad summam tabulæ  
madæquata, quæ sita litera in tabulæ \* arca  
erietur, in cuius locum una ex tribus notis,  
e illis è regione posita sit, substituatur, eaq;  
er spaciū imminens illi ordini, in quo litera  
nū fuerat, anotabitur. Idq; firmata tabella,  
iuc, illuc feratur (hoc enim maximi refert)  
citer succedet. Tum uno notato chara-

vta.

\* Aream aliq  
nominare so-  
lent: itidem  
tmate,

H a c t e

¶ 1. Cautio. & tere tabula antedicta rursus areola prominēs illum occupabit, vt denuò alius pari ratione character in quæ sitæ literæ eodem modo locū succedat, donec totum id quod voluerimus, chartæ commissum sit. ¶ Ne verò dolus deprehendatur, characterum intercapedines opportunum erit ociosis characteribus impleri. ¶ Ut verò schedulā amicus intelligat, idem modus servabitur. ¶ Id etiam aliter absque tabella effici poterit. Circino tantum spacij tribus literis A B C assignabitur, quantum earum unaquæque ut maximum septenas literas certas assignandas suo quoque ordine contineat, vt omnes una & viginti sint, & quoties aliqua litera significanda sit, ea loco vni ex tribus illis literis assignato, denotabitur. Res quia minus obscura est, exemplo illam non putamus indigere.

## C A P V T XIII.

*Scribendi ratio, qua infinitis propemodum characteribus scriptum evariabitur.*

¶ 4. Ratio.

¶ 2. Quadrati methodus per notas.

¶ 1. Ratio huius methodi.

¶ Huius à priori discrimen. &amp; 2.

¶ Cōmoditas.

**C**Ontrariæ autem dispositionis prædictæ præsens se habet scribendi modus. ¶ Si enim ibi characterum numerus duplicabatur: hic ex adverso dimidiatus evenit; rursus ibi tres, vel quatuor characteres vniuerso in scripto conspiciebantur: hic quadringenti, quot in tabula sunt diversi, numerari possunt: raroque accidit, vt bis character unus in scripto repeatatur, dum binæ literæ singulis characteribus exprimuntur. ¶ Quare admodum arduum & difficile puto, vt epistolam absq; exemplari, quo

quo scripta sit, aliquo pacto interpretari quis possit. *e* Ratio verò cùm facilis erit scribenti, *e* Facilitas. tūm facilior interpretanti videbitur. Sed antequam scribendi modum tradamus, *f* tabellam primò, qua scripturi sumus, constituerimus. Quadratum itaque tali latitudine disponatur, ut ytriusque latera in vicinas partes possint dissecari, vnde mutuò ex adversis partibus in se transversæ lineæ ducantur, ut quadringenta spacia comprehendat, quibus singulis, singulari characteres includantur, inde in fronte tabula nostrum unum alphabetum, alterum verò à latere descendens disponatur, & parata erit tabula, cuius forma est hæc.

Tabulæ cum omnibus characteribus  
plena descriptio.



H 3



N	O	P	Q	R	S	T	V	Z
X	X	□	■	Ь	8	К	ОЧА	А
X	X	□	■	Е	9	У	ОП	В
X	X	□	■	Г	0	Л	ОХ	С
X	X	□	■	Н	8	Д	ЕД	Д
X	X	□	■	Р	0	К	ӨЧ	Е
X	X	□	■	Ч	0	У	Ф	F
X	X	□	■	П	0	Л	Ф	G
X	X	□	■	Т	0	К	Ф	H
X	X	□	■	Е	0	Д	Ф	I
X	X	□	■	Р	0	К	Ф	L
X	X	□	■	С	0	О	К	M
X	X	□	■	Н	0	М	Ф	N
X	X	□	■	Р	0	К	Ф	O
X	X	□	■	Е	0	У	Ф	P
X	X	□	■	Г	0	Л	Ф	Q
X	X	□	■	С	0	Д	Ф	R
X	X	□	■	Н	0	К	Ф	S
X	X	□	■	Р	0	Л	Ф	T
X	X	□	■	Е	0	Д	Ф	V
X	X	□	■	Г	0	К	Ф	Z

Ea sic designata, pro binis epistolæ literis character in arca tabulæ positus, qui priori literæ subjicitur, & alteri è latere occurrit, accipiatur: vel si ita libuerit è converso, ut alius character sit, re tamen amico explorata, idque fiet donec tota sententia perscripta sit. Vbi charta sic fuerit exarata, tam erit scripti affectata obscuritas, ut Delio insigni natatore opus sit, ne interpres in scripto, tanquam in mari mergatur & suffocetur. Sed exemplares clarior fiet.

MULTIS CLADIBVS VLTRO CITROQVE  
DATIS ET ACCEPTIS, VNIVERSA PENE  
CIVITAS OCCUPATA EST; RELIQUA NON  
SCRIBAM, SED IN CONGRESSVM NO-  
STRVM RESERVABO.



Scripta eius-  
modi interpre-  
tandi ratio.

L. Compendiū.

Amicus interpres, quemadmodum & ubiq;  
alias dictū est, cādē rationē servabit, quam  
in scribendo debere esse præcepimus. Sed vt id  
facilius eveniat: gnomonis angulus invento  
characteri, cuius crura oportunas literas hinc  
inde spectent, applicetur. Ut verò characteres,  
cum opus fuerit, facilius inveniatur, & molestæ  
inquisitio-

inquisitionis labor absit: nos omnes, quæ similes sunt ferè, eodē ordine apposuimus. Quare eò interpres se conferat, quò notarum similitudo traxerit. Neq; verò tam similes notas effecimus, quin aliqua parte inter se dissimiles clarissimè videantur: ut non nisi cæcus discrimen esse non videat. Quare admoto per totum ordinem indice, interpres facillimè characterem inveniet. Hinc parvo cum labore, ingeniosis patere potest, ecquid tota epistolæ, quamvis benè longa, unico charactere comprehendendi possit: quod fiet, si numerus toties dimidio minutus fuerit, quoties opus sit, ut sit in pariter pari, & in tabulam toties characteres reducantur: Quod equidem perfecissem, nî in immensum opus crevisset, & fastidium, in re præsertim minus superstitiosa, legentibus fuisse allaturus. Poterit tamen eas quisque, cum libuerit, componere. Huic similis fit tabula gradibus formata, ut à primo gradu ubi A usque ad vigesimum, ubi Z sit, indifferenter ascendatur & descendatur, ut pariter omnis literarum combinatio possit evenire. Cuius rei figuram, ut minùs necessariam prætermittendam duximus.

2. Ratio huius method.

VI. Ratio intricior modorum difficultiorum.

### C A P V T X I I I I .

*Vary scribendi modi, quibus omnes ferè vulgo usi solent, tūm alij ad idem exemplum à nobis excogitati.*

**A**ttentiorem & quæ hac tenus scripsimus curam desiderant, nunc quæ minori cum labore de quo supra.

4.2. Modus simplicis rationis notarū occultarum

labore in usum recipi possint, ut etiam vulgo  
 præter usitatos modos aliorum demonstratio-  
 ne consulatur, suggeremus, ad quorum usum  
 quoties opus sit. negotio moram non paciente,  
 celeritatis, & facilitatis causa quilibet confu-  
 geret. b Sed primùm quibus modis vulgo uti  
 solent: deinde quos ad id nos induximus, re-  
 feremus. c In Agrippæ igitur occultæ philo-  
 sophia libris traditur hic breviter numerandi  
 modus, quem cum ad occultanda animi nostri  
 sensa oportunum existimarem, hic annexere  
 2 Cōmoditas, non piguit. d Charact̄er unus multarum pot-  
 ent literarum fungi potestate, & alter diversus  
 semper ab altero spectabitur: quod nisi quis  
 doli fuerit conscius, non parum in interpre-  
 tando elaborabit. e Scribendi modus talis  
 erit: Charact̄eres viginti vel plures repertan-  
 tur, qui si summo & imo, dextris & sinistris  
 erectæ virgulæ adhærent, eandem semper &  
 figuram & potestatem retineant. Et primum  
 in capite virgulæ depingemus, qui sinistram  
 nostri corporis partem spectet: secundum  
 dextram: tertium in calce virgulæ etiam ad si-  
 nistram: sed quartum ad dextram. Nos nunc  
 quatuor perscribere contenti erimus, &  
 subiecto exemplo rem clarius de-  
 claramus. His sunt char-  
 act̄eres.

abc

a b c d e f g h i k l m n o p

# የኢትዮጵያ ከተማ

ЛЧУАДЧ  
r f t u x y z

r f t u x y z

Scriptum jam \* superiori exemplo literarum numerū, in quartam partem deducemus hoc modo: erunt ergò triginta characteres.

\* Hoc est quatuor semper literis inter se connexis tripliata characteribus id totum exemplum scribemus.

¶ H[AB]EAT P[RO]MPTU[MA]NUS  
A[DI]C[IT]U[MA]NUS F[AC]T[US]  
P[ER] T[RA]NSF[ER]MATIONE  
H[AB]EAT P[RO]MPTU[MA]NUS

**Alius etiam tritus est scribendi modus, quo  
rustici, mulierculæ, & pueri etiam utuntur. 2. Modus.**  
Dux per chartæ longitudinem rectæ lineæ de-  
signantur, mox totidem per latitudinem ad  
angulos rectos transversæ, & justis spatijs  
disiunctæ, ut diversarū figurarum novem areas  
consti-

constituant, per has omnes alphabeti nostri litteræ distribuantur, ut in aliquibus ternæ, in aliquis verò binæ collocentur, & omnes una & viginti sint, vel ex arbitrio, quorum ordo vel successivus, vel intersitus sit, nos verò intermixtum disposuimus. Figura erit huiusmodi.

a l u	b m x	c n z
d o	e p	f q
g r	h s	i t

Tali proposito schemate, eius areæ singulæ juxta faciem, quam gerent, depingentur, ut exemplum indicabit.

Sed quia earum singulæ ternas, vel binas literas pro earum distributione complectuntur, earum unaquæque suo charactere punctis distincta pro ordine, quemadmodum collocata sit, designabitur: ut si in charactere prima collocetur, unico tantum punto discernatur, si secunda, duplice, si tertia, triplice.

Res exemplo clarior fiet.

a b c

a b c d e f g h i l m  
**JUL E O C ΗΠΛ Γ Δ Λ**  
**Λ Ε Ο C ΗΠΛ Γ Δ Λ**  
n o p q r s t u x z

h Hunc scribendi modum chabalistæ, sacrarum <sup>b</sup> Origo & præ-  
literarum scriptores induxerunt, & nunc in <sup>b</sup> pagatio huius  
omnibus ferè rebus vulgares homines utun-  
tur, ut per tabernas passim circumferatur, ne-  
dum inter prophana locum habeat. i Eius usus <sup>i</sup> 4. Modus.  
ab illis contractior magis obscuratur, ut uni  
nomini unicus character, sed implicatus, re-  
spondere videatur, quod, quia ad nostram ra-  
tionem minimè videtur pertinere, prætermitt-  
timus. k Verùm ne quid præteream, pueris <sup>k s. Modus seu</sup>  
peculiarior & magis proprius scribendi mo- <sup>i. potius ge-</sup>  
dus talis est: ut obscuritas solùm in vocalibus  
non expressis, sed in p litera, tot lineis inter-  
secta quot occultè vocalis ordinem demon-  
strent designatis: ut si A significanda sit, quæ  
prima vocalis est, p litera unica linea in pede  
intersecta huiusmodi p designetur: Si E, quæ  
secunda, eadem litera consonans duabus lineis  
pari modo intersecetur. l Aliter verò passim  
vulgus hoc scriptionis exemplo utitur: dum  
præpostero alphabeti ordine literæ exprimun-  
tur, ut quæ ultima sit, primæ potestatē habeat,  
& quæ illam proxime præcedit, secundæ, &  
quæ tertia ab illa est, tertiaz, ut pro A, Z, pro B,  
X, pro C, V, & pro Q, P, reponantur.

z y x

z y x u t s r q p o n m l k i b g f e  
 A b c d e f g h i k l m n o p q r s t  
 d c b a  
 v x y z

• Modi ab  
auctore ex-  
sagitat.

• 7. Modus  
seu potius  
*περιθοσις.*  
Species de  
qua c. 2.

• Exemplum.

His vulgus passim modis utitur. Nos aliquos in eundem modum adiicimus, quorum usum si amantes, vel alij alijs in rebus in epistolis admittant, tutiū sibi consulant, ut illæ etiam interceptæ parentibꝫ vel alijs potius vanæ existimentur, quam animi consiliū detegant. Tres itaque, quatuor, vel plures, ex nostris literis, quibus in scribendo rariū utimur (cuiusmodi sunt HKQXYZ) inter syllabarum, & literarum coagmenta, & dictiōnum intercedentes interserantur, ut nulla prorsus dictio vel syllaba sit, quæ ociosis literis vacet: sic enim dictiōnum, verborumque sensus maximè perturbabitur: ut non ita facile, qui rei conscius non sit, intelligat. Huius rei erit exemplum.

V R V N T V R M I S E R O P R A C O R D I A,  
E T N I S I S V B V E N T V M S I T, C O G O R  
E M O R I.

buxry quntkurh imhykisxeqzrzo pbxrax kcozrbdiax  
bext nbixzsi kshubuzqenthxzum fxizt, cxhogzohr  
exmzorbix.

• 8. Modus  
seu alia  
tūs auti-  
goxaliosus  
species.

Huic affinis alias tutior modus est, ut aliquando scripti perplexitas ab amico sine exemplo solvi possit, quod non inutile erit, cum sœpè accidat, ut quæ gestentur, vel alicubi serventur decidant, & amittantur, idque non parum obesse possit, si quando literæ, quæ ad eam formam scriptæ sunt intercipiantur. Tria igitur,

igitur, vel quatuor, vel plura verba quæ rāntur, quibus notandis omnes alphabeti literæ exigantur, quæ amicus absens meminerit, ut inde diversam omnem obscurorum characterum potestatem prima literarum elementa possint elicere, ea deinde designato in epistola loco, sive in fronte sive in calce constitutis notis scripta committantur, tūm tota epistola ad eam characterum rationem concinnetur. q Po- q 9. Modus test & hoc aliter perfici, ut totum alphabetum in epistola punctorum interpositione dissimilatis dictionibꝫ reponatur: Hic scribendi astus inter cæteros nullo modo videtur contemnendus, ut interdum novis scribendi modis, etiam amico de ijs non admonito uti possimus.

## C A P V T X V.

*Quomodo aliter transposito literarum ordine scriptum indissolubile fiat.*

**I**AM a paulatim ad eos scribendi modos ven- a 1. Genus po-  
tum est, in quibus credibilius erit interpre- clavem.  
tum curam frustrari, quam quicquam profice-  
re, quod tertio loco facturos huius lib. initio  
polliciri sumus. b Primum itaque se offert, ut b 1. Modus,  
hoc in literarum transpositione, quæ hīc aliter  
siet, quam proximis dictū est capitibus, exige-  
tur. Hæc scribendi ratio sic se habet. Posita pri-  
mum thematis sententia, duo, vel tria, vel qua-  
tuor ex arbitrio verbā deligantur, quæ medijs  
inter versus scripti spacijs ita supponantur, ut  
horum singulæ literæ epistolæ singulis æquatis  
inter-

intervallis occurrant. Quare oportebit verbum & literarum spacia oportunè ad rei commoditatem distincta collocari, quod si earum dictionum notæ nostræ sententiaz literis numero non respondebunt: ea verba toties repetentur, donec possint adæquari. Si aliter enim fiet, numerorum notæ pro singulis earum literis supponentur, quæ ordinem cuiusque literæ earum juxta alphabeti dispositionem innuat. Charta deinde, in qua scribendum sit, tot punctis justis intervallis, & se rectè intuentibus distincta designabitur, quot nostram sententiam literæ complebunt, mox prima thematis litera primæ verborum, quibus scriptum occultatur, accepto numero, quota in alphabeto fuerit, respondenti punctorum ordine reponatur, ut si nostræ sententiaz prima litera sit A, vel B, verborum vero, quæ extrinsecus sumuntur prima pariter sit C, vel D, quorum alteratertio, altera quarto loco in alphabeti ordine collocatur, illud A, vel B tertio ad earum rationem, vel par modo quarto puncti loco in charta disponatur, idque fiat donec totius epistolæ verba absolvantur. Advertendum tamen est, ut rectus in scribendo ordo servetur, ut una litera, vel charactere posito, postmodum in numerandis literarum ordinibus inde sumatur initium, ubi novissimus character relictus est, donec ad postremum versus punctum perventum sit; tum reliquis initio spacijs, retrò, ut ordinum numeros compleatur, redeundum est. Hoc tamen cavebitur, ut occupata punctorum intervalla

præ-

## • Cautio.

prætereantur, ne iterum sumerentur. *d* Verum d. Exemplum, totum hoc subiecto exemplo clarius indicabitur.

**POST BELLO MAXIMO ACERRIMOQVE CONFLATO, ET MVLTIS INSVLIS MARIS CAPTIS VEXATISQVE, EXTERNAS ET NOSTRAS REGIONES SVBIGERE CE- PERVNT.**

Hæc verba, ut in hoc modo scripto occultentur, talis sententia pro clavi statuetur. **CASTVM FODERAT LUCRETIA PECTVS**, cui subiungatur **ALGAZEL**, ut barbarum nomen, ut non ita facile mente occurrat.

**POST BELLO MAXIMO ACERRIMOQVE castumfod erat Lucretia pectu CONFLATO, ET MVLTIS INSVLIS MARIS a lgazel, castumfoderat Lucretia pectu captis vexatisqve, EXTERNAS eti a pectu salgazelca, stumfode ET NOSTRAS REGIONES SVBIGERECE rati lucretia pectus algazelcas PERVNT.**

tumfod.

c Possunt & horum verborum cuiusque literæ numeri in clavis locum (ut dictum est) facilitatis causa succedere.

**POST BELLO MAXIMO ACER-  
3. l. 17. 18. 19. ll. 6. 13. 4. s. 16. l. 18. 10. 19. 3. 16. 5. 18.  
RIMOQVE CONFLATO ET  
9. l. 14. s. 3. 18. 19. 13. l. 10. 7. l. 21. s. 10. 3. l.  
MVLTIS INSVLIS MARIS CA-  
17. 18. 19. ll. 6. 13. 4. 5. 16. l. 18. 10. 19. 3. 16. s. 18. 9. l. 14.  
I PTIS**

• PTIS VEXATIS QVE EXTER-  
S. 3. 18. 19. 17. 1. 10. 7. 1. 21. 5. 10. 3. 1. 17. 18. 19. 11. 6.  
NAS ET NOSTRAS REGIONES  
13. 4. 5. 16. 1. 18. 10. 19. 3. 16. 5. 18. 9. 1. 14. 5. 3. 18. 19. 17.  
SVBIGERE CEPE RVNT.  
1. 10. 7. 1. 21. 5. 10. 3. 1. 17. 18. 19. 11. 6. 13. 4.

## 43. Modus.

d Tām in hanc rationem centum & undecim  
punctis constitutis, sic scriptū concinnabitur.  
i a p o x . . . f l . . . . . m . s . . i . o . q .  
. . . m . . a . . t . . . t . . . u . . . o o l a b . e t  
. . . . e . . e . . l c . . . e . . . . . l . . .  
o . e o . m . . . r . . . n . . . r

Punctorum omnium spacia non implevimus,  
ut eorum pariter & literarum rationem exem-  
ple commodiūs redderemus. Hactenus enim  
hāc tantūm verba scripta sunt.

POST BELLO MAXIMO ACERRIMO QVE  
CONPLATO Et. Verūm ne, quod reliquum  
est, prētermittam, thema inferius integrum re-  
ponam. Ratio interpretandi.

Interpretandi  
ratio.

Cognito clavis  
themate in eandem formā amico interpreti  
facillimē liquebit. Sed quoniam dictū est hanc  
rationem scripti aliter, quām superiora se ha-  
bere, discriminē tale assignabitur, qui ibi curiosē  
observatus, literarum ordo facile deprehendi  
poterat: clavis cum quo scriptum claudebatur,  
similcum scripto erat, hīc verò aliter interpre-  
tem propē divinū esse necesse est, ut rationem,  
qua scripto occultatur intelligat, aperiendi  
sensus clavē tantūm apud amicum servata, quæ  
scriptionis formula pro clavis commutatione,  
semper commutabitur.

Iapo

Iapoxaeqflprruexsimnsneiioalqalto  
 maraetsisttiseuniebootabsetcirsct  
 neesecilccisoeummuralsrnoecopmt  
 xturegsgonsur.

## CAPUT XVI.

*Quomodo aliter clavi utendum sit, sine  
 quascriptum non posse aperiri.*

**P**Rædicto affinis est hic aliis scribendi modus, qui inter cæteros alienus circumferatur: quem (quia patem astum præse ferre videtur) hic ex multis unum duxi reponendum. **E**st \* etiam adeo involutus: ut quamvis etiam furtivi scripti species non lateat, nequaquam sit, qui proprius eius cognoscendi modus intelligatur, sietque potius, ut quò magis eius perplexitatem quis explicare conetur, eò magis interpretando ambiguus feratur. **S**cribendi ratio talis est. **T**abella primò in hanc formam parabitur: **V**nde此 per chartæ latitudinem sectiones accommodentur, quarum omnes elementorum characteres in duas æquas partes divisos contineat, quorum ordo ex arbitrio disponatur, modò nullum elementum præteritum sit: modus tamen servabitur, ut inferiores superioribꝫ mutuò respondeant, mox horum ex latere per undecim sectiones totius rursus alphabeti clavis disponatur, ut literæ duæ & viginti collocentur. **P**oterunt tamen viginti esse modò numero pares sint,

Quantus  
modus.  
Cureum au-  
tor hoc in  
loeo explican-  
dum duxerit,  
enim.

b Descriptio  
eiusdem.  
c Tabella de-  
lineatio.  
d i. Variatio.

I 2      ut

ut minūs necessariæ eximantur, & quibus quo-  
quomodo carere possimus, careamus, ut  
quemadmodum superiū factum est, & hīc fiat.  
Quod si viginti erunt tūm sectiones decem  
fient. f Poterunt & sectiones septem fieri, &  
literæ una & viginti sint, ut ternas singulæ re-  
cipiant, sive binæ, sive ternæ huius alphabeti  
literæ sint, vel simul in eadem linea, sive  
superiori, sive inferiori coniungen-  
tur, vel quoquomodo in utraq;  
linea disponentur.



LITE-

## LITERAE SCRIPTI

LITERAE LAVIS

|           |  |
|-----------|--|
| <b>AB</b> | a b c d e f g h i l m<br>n o p q r s t u x y z |
| <b>CD</b> | a b c d e f g h i l m<br>z n o p q r s t u x y |
| <b>EF</b> | a b c d e f g h i l m<br>y z n o p q r s t v x |
| <b>GH</b> | a b c d e f g h i l m<br>x y z n o p q r s t v |
| <b>IL</b> | a b c d e f g h i l m<br>v x y z n o p q r s t |
| <b>MN</b> | a b c d e f g h i l m<br>t v x y z n o p q r s |
| <b>OP</b> | a b c d e f g h i l m<br>s t v x y z n o p q r |
| <b>QR</b> | a b c d e f g h i l m<br>r s t v x y z n o p q |
| <b>ST</b> | a b c d e f g h i l m<br>q r s t v x y z n o p |
| <b>VX</b> | a b c d e f g h i l m<br>p q r s t v x y z n o |
| <b>YZ</b> | a b c d e f g h i l m<br>o p q r s t v x y z n |

Is

In

g sententia. g In hanc formam parata tabella, quæ amico  
 perscriptio. cognita sit, verba extrinsecus, quæ scriptum  
 aperiant, ut in superioribus factum est, utrin-  
 que nota capiantur. b Hæc quò magis ab ho-  
 minum cognitione remota fuerint: tutiorem  
 scripto cautionem præstabunt. Quare ad hæc  
 fugienda sunt proverbia, quæ in ore vulgi ver-  
 santur: ne si furtivi scripti species cognoscatur,  
 modus inde pariter aliquo modo cognosci  
 possit. Huius loci est referre superioribus die-  
 bus in hunc modum missam epistolam à sciollo  
 quodam qui Romæ agebat, cum eius admira-  
 tione, eadem hora qua literas accepi, me fuisse  
 interpretatum. Cuius rei causa fortasse esse  
 potuit, quod dictum index scripti hoc erat.  
**O M N I A V I N C I T A M O R**, quæ sententia  
 proverbijs vice, nemini ferè non cognita est.  
 Tabellæ itaq; huius, & indicis usus sic se habet:  
 Epistolæ verba in prima charta interpositis li-  
 terarum spacijs per totum lineæ versum co-  
 ponantur: sic deinde & alijs versus fiant, donec  
 omne id, quod scribendum est, perficiatur. Re-  
 lictis tamen (ut in proximo capite admonitum  
 est) justis inter versus spacijs, quibus dictum  
 ad eandem rationem inseri possit. In hunc  
 modum arca simul & clave parata, ea tali ratio-  
 ne occludetur. i Primum clavis prima litera  
 in suo queratur alphabeto, ea inventa deinde  
 scripti litera in illius sectione requiratur, pro  
 ea tūm, si superius posita sit, inferior, quæ mu-  
 tuò occurrit ex adverso, si superius inferior  
 assimilatur, ea sic chartæ commissa, in alijs pari  
 mōdō

i Viss.

modo procedetur, donec tota epistolæ sententia perfecta sit. Res exemplo clarior liquebit. Epistolæ verba sunt hæc.

BELLA FORTISSIME GESTA SVNT, ET  
BELLIS PARTIM COMPOSITIS, PARTIM  
ETIAM CONFECTIS PAX EST SEQVVA-  
TA, SED HANC FELICITATEM DVCIS  
MORS TVRBAVIT.

Post hæc dictum index statuatur.

**C**ASTVM FODERAT LVCRETIA PECTVS  
ALGAZEL.

Illud in hunc modū sub scripti verbis disponat.  
BELLA FORTISSIME GESTA SVNT ET  
castu m foderat Lu creti apec tu  
BELLIS PARTIM COMPOSITIS PARTIM  
salgaz el cast um foderat Lucreti  
ETIAM CONFECTIS PAX EST SEQVVA-  
pect us alga zel cas tum foder-  
TA SED HANC FELICITATEM DVCIS  
at Luc ret i apectus alga zel ca  
MORS TVRBAVIT.

s tum foder at L.

Vt verò clavis scripto eximatur, proposito tabellæ indicio sic fieri. C prima litera indicis in secundo sui ordine inventa, primam scripti literam, quæ B est, & pro ea suppositam N indicabit, tūm hæc pro B obscuræ epistolæ reponatur: In hunc modum totum occultè scriptum ex aperto elicetur: & hoc erit. *Nroop ndmhbtbfntt sxbdu fcch ve rrstxe eufgnp  
rgxichogul azaint rbtzp rlaoopfsl duf vda byz  
dgg lrp byjy synasz dumez rlynf plcm iqszrbum.*

I 4 k Mo-

*¶ Cōmoditas  
huius rationis.*

*¶ Collatio hu-  
ius rationis  
cum prēce-  
denti.*

*¶ Modus* hic quām multiplicem scribendi va-  
riētatem suggerat, lector poterit intueri: ut  
nunquam ferè pro eadem litera eundem cha-  
racterem positum agnoscat, amicus in inter-  
pretando eundem modum (ut in multis di-  
ctum est) servabit. *¶ Scribendi hæc ratio* cum  
proxima hoc commune habet, quòd dicto  
aliunde assump̄o, utraque occluditur. In hoc  
verò differt, quòd illa proprias scripti literas,  
hæc verò non literarum positione, sed substitu-  
tione etiam obscuratur.

## C A P V T XVII.

*¶ IV. Pars sequen-  
tia genus.*

*¶ Transfici-*

*¶ Methodi  
ratio.*

*¶ Usus sequen-  
tis rationis.*

*¶ 4. Generis  
prima ratio.*

*¶ Modus, quo dictio una alteram  
significat.*

*¶ V*per est novissimum scribendi genus, quo  
*S*criptum præter difficultatem, quæ se satis  
tueri possit suspicione etiam caret, quod  
quarto loco polliciti sumus indicare. Hoc  
absoluto, nil amplius erit, quòd minus huius  
libri expectationi pro viribus satis fecisse vi-  
deamur. Quæ pars quoniam inter cæteras ma-  
ximè cautionem præstat: non immerito ea no-  
bis in hunc locum reservata, ut recto ordine  
processum esse videatur. *¶ Q*uare in arduis,  
maximisq; rerum negotijs eius usus præcipue  
sibi locum vendicabit, ubi scriptum sua se ob-  
scuritate, & simulatione tuebitur. Id genus scri-  
pti, quemadmodum & aliae res, plures sunt spe-  
cies, ex quibus nos aliquot, quæ præcipue vi-  
debuntur, apponemus. Earum prima occurrit,  
quæ

quæ varijs fabulosisq; verbis involuitur: quippe cum vocabula quædam amici sibi confinxerint, tutò invicem loquuntur. Quod etsi literæ intercipiantur, quotquot ingenia fuerint, non solum tot applicabunt sensus, sed vnum tantù infinita quadrare faciet, & quantò subtilius investigabit, eò à re longius abibit. Nam de Apolline; Daphne, pharetris, corollis, & floribus enunciata, de regib; civitatibus, telis, arcubus, militibus, & cladibus intelliget: evenietq; vt epistolam scriptam si quis reperiat, verbis delusus, multa, eaque qui faciet, quæ nunquam scriptor putaverat. Quare antequam vltérius progrediamur, exemplum edocebimus. Apollinem itaque Regem vocabo, Galliam Scorpionem, hostes caudam, musas pro militibus, pro decade vnitatem, & osculari pro interfice-re ponam. Iccircò si scripturi erimus:

*Scito Regem consueto itinere ad suam se conferre yrbe  
é Gallia longè, veritum hostium insidias, ne prodatur. No-  
scit enim eos sibi fore infestos. g Sceptrum namque per- g Fortean. sen-  
dere, civitatem depopulari, & omnes in sui exitium con- tit namq; sese  
spirare. Nonaginta milites, qui castri portam custodiunt, didisse.  
necabuntur: eaque primò capta facile traducto exercitu ac  
strato ponto arx capietur. Clavis enim secundo vento con-  
citata, magna vi remigantum subibit portum: capi-  
entur mulieres, & homines: & civitas funditus eruetur, ve  
nunquam erigatur. Ipse autem meo nomine tabellarium  
mactato.*

In talem formam convertemus.

*Scito Apollinem signorum ordine Leonem subire, longè à  
Scorpione, sua vim caude noscens. Sensit enim alium sua.*

- *lauro tempora pracingere & monte potiri. Oscula buntur tacitè novem Muse, qua pendibus præsunt: & facile ad fontem devenient: Vnde montem totum perambulabunt.*  
*Veniet enim rapacium avium turba secunda aura: ut flores herbasque destruet: fons ita exarescat, vt verear*
- *Neminè post an alias usquam poeta labra profluat. Tu verò pro me hac Poetam eo labra prolu-*  
*tum.*
- \* *tabellionem osculator. b Quod si fortè non familiarium, & necessariarum rerum, videlicet Apollinis, fontis, musarum, vel similium meminisse intuentes faciat omnes de rei suspicione sollicitos, poterit idem ad familiares res traduci, vt minus dolum, vel fucum redoleant. Huiusmodi aliter exemplum.*

*Scito Marcella dulcissime Fabricium Neapolim ventrum, longè à nemoribus, graffatores & fures timentem: cum bona sua hīc audiet subrepta ancillulas amari, sic ad sorores & coniugem peventuros. Multi enim supervenient, cum facilem rapinam audient: sic domus, coniunx, & sorores dispergentur, vt nunquam amplius simul sint. Tu meo nomine tabellarium amato. Quotus autem erit quisque, qui si Castalij fontis, musarum, sororum, & conjugum mentionem factam audiet, putet præliorum civitatum, & arcium expugnationes ibi recenseri? Quis enim humorum cordium latebras aperiat, & ea perspiciat quæ sunt duo invicem secretò collocuti, verbis non exprimentibus? scio equidem eos qui literas intercipiant, sibi videre videri, dum talia perlegent, ibi somnia recenseri. i Poterit si quis velit dictiones literarum elemento vel signo describere, dummodò absens exemplum habet. ¶ Hoc scribendi modo omnes ferè hu-  
ijsata-*

b 1. Ratio.

i 3. Ratio.

& *Celebritas  
huius rationis.*

ius ætatis homines vtuntur. *I* Amantes etiam <sup>14.</sup> Ratiō.  
 sāpē pluribus præsentibus aut historiam, aut  
 eorum amorem narrant, ac alienis nominibus  
 de se & amica loquuntur, ne eorū amores de-  
 prehendantur. Paris apud Ovidium in epistola  
 ad Helenam hoc testatum reliquit.

*Ah quoties aliquem narravi potus amorem,*

*Ad vultus referens singula verba tuos.*

*Indiciumque mei ficto sub nomine feci,*

*Ille ego, si nescis, verus amator eram.*

Et alibi.

*Neūe aliquis verbis odiosas afferat aures,*

*Quam potes ambiguis callidus abde notio.*

Etiam alio vti poterimus occultandi modo <sup>15.</sup> Ratiō.  
 haetenus vfitatissimo, cuius regula talis est  
 Eiusdem typi duo parentur libri: cuius \* alterum amicus apud se, alterum nos domi contineamus, in hoc charta aliqua ex vniverso erit eligenda, in qua scribere volum<sup>o</sup>, eiusq; numeri prius concium amicum reddamus, vel dierū mensis, & anni, vel alterius rei numero qua habita, vbi nostram sententiam breviter perstrinxerimus, in statutis illius paginæ locis, ea vel similia verba reperiemus: & tandem paginas vel lineas permutabimus, donec totum scripto tali commutemus: quod vbi fecerimus, denuo à summo capite rem aggrediemur, & verbum eadem linea præcedens vel subsequens, vel numero distans aliquo accipiamus, ac denuo scribemus, alia consurget epistola, sed diversæ sententiaz. At cum sine ordine, & sine vera aliqua significatione veniet, sic eam accommodabimus.

\* Cuius seūe  
autorem fert  
Cardanus  
lib. 12. de vari-  
eta. cap. 61.

• bimus. Multa inferemus verba, ut ordine aliqua significant, & vt supervacua noscatur ab amico, linea notabimus, vel signo aliquo in calce, vel inter duas parentheses, accentu, maiuscula in primis litera, vel aliquo signo: reliqua verò verba permutare possumus, tempora, numerum casus, personas, & genera pervertendo & accommodando, ut congrua magis consurgat oratio. Idque tamdiu faciemus, dum totam consarciamus. Libri, quibus vti poterimus, verborum omnium generibus scateant, vti Cicerone, Plinio, Rodigino, Ovidio & ceteris similibus. *n* Sed exemplo res fiet clarior.

*Africam absterreri clementia infantium audivi, fœminam indignam mulceri pœna generofissimam iracundia flagellari, generofitatem solam in periculis spectari. Augusti.*

*„xvi. hora viii.*

Si Plinium legimus octavo libro capite xvi. Basileæ ex officina Frobeniana impressum, id reperiemus sequentibus verbis pervertendo. *Vrb se adem in supplices non (iratos) multorum profugit, ea alloquitur verum cuique eorum vi maxima tuerisque (se) coacta potest capi.*

### C A P V T XVIII.

*Modus quo una oratio sub alia bracteis perforatis occultatur.*

\* 6. Ratio.  
\* cuiquam.

*A* Lium quoque docebimus modum scribendi cautissimū, qui nec \* cuique erit fortè: is fene- vestigabilis, nec videntem quemquam occultat- strata conficie- fraudis consciū reddet *b* qui fenestrata erit lamina & *i*, lamina, & interpositis literis, & syllabis & di- p*b* & *i*, dispersa- & ionibus

ctionibꝫ ociosis scripti partes hinc inde dispergentur. *c* Ratio talis erit. Duꝫ ex ferro, vel ex stanno, vel plumbo, vel membrana bracteæ comparentur, quarum magnitudo pro scripti quantitate esse poterit. Quare expediet eam ad latæ chartæ magnitudinem æquari, ne si prolixius scriptum futurum sit, eadem lamina sacerius applicetur, eademque semper spacijs mensura inter oportunas literas intersit. Vtraque igitur altera alteri supposita, & firmiter inhærente, ne error sit, binis per latitudinem literis designabitur, inter quas juxta corporis magnitudinem lineæ intercapedo sit, quibus vis inter versus spacijs.

Hoc facto lamina ex arbitrio passim incidatur, ut tantum insit vacuum, quantum ad continendas simul oportuni scripti partes esse velimus: Hoc tamen inane spacium semper (ut significatum est) variabitur, ut modò syllabam, modò diætionem, modò eas plutes capere possit, idq; fiat, quo usque sic tota lamina hinc inde vacuetur. Ea in hunc modum formata typographi utuntur, dum nigris impressis literis alias rubri coloris inducunt, ne tota charta eo colore occupetur. Vtraque confecta lamina, altera retinebitur: altera penes amicum servabitur. *d* Scripto itaque, quò angustius esse poterit confessio (brevitas enim furtim scripturo maximè convenit) bracteæ vsus talis erit. *e* Ea papyro superposita & firmata, per fenestras & vacua literæ inscribentur, dum totum id, quod scribendum sit, illis positum spacijs absoluatur.

Scriptum

*Bractearum  
confessio.*

*d Scripti sealiterarum praeparatio.*

*e Vsus laminæ.*

*e* Literarum  
perfec*ti*o.

*f* Spaciorum  
completio.


*g* Cautio.

*h* Exemplum.

Scriptum sublata lamina tale erit, ut verba hinc  
inde dispersa accipientur. *e* Tum earum literarum quæ caudatæ, vel cristatæ fuerint, cuiusmodi sunt p & d lineamenta sursum & deorsum protrahentur. *f* Hoc peracto chartæ inanis ociosis literis, syllabis, & dictionibus complebuntur, ita tamen totius scripti nescius furerit, ut verba perfecta sint, quæ quò magis simulata erunt, eò ut aliud longè diversum dicere videantur, & eò meliora videbuntur, quò minus suspicionis habebunt: quare tamdiu scriptum delebitur & accommodabitur, dum totum perficiatur, ut congrua & continuata orationis structura esse videtur. *g* Vt verò interpreti paginæ scriptum reddant, quatuor punctis, quæ signatae bractæ finibus firmiter in hæreant, designentur. *h* Sed ut exemplo res melius indicetur, nostri scripti verba subjiciamus.



Commissio



Comissosuper eam scripto, sic epistolæ partes positis intervallis dispergentur.

Mili tu m infin  
tus est exercitus  
ac prope diem ini  
bunt be illum, ex plo rato  
res omnes deprehens si su nt,  
capite pœn as de dere.

Verūm impletis ociosarū literarum spacijs, in utrūq; sic prodibit oratio: duplicit orationis ex industria exemplum apposui, vt cōmodius liqueret, quidlibet, ad omnia verba servato etiam literarum nexus posse accommodari.

Gratæ Mili sic tuæ fuere literæ, præsertim cum infinitæ scriptæ est ludus, quo se exercet Titus noster familiaris, ac prope modum in diem iniamicus, propterea amabat bene illum, si is exemplo eorum, ratoque modores omnes deprehendet, at si sumunt alij rem à summo capite, cum penitebit illas amplius deridere.

vale. Idem aliter etiam sic.

Honor Militiæ tuæ fuit Carolus pater, nam cum infinito victus est, cum minima exercitu invitas parte hostis fugit, ac propè ultimum diem iniurius peribit, necabant Bere illum; atque exemplò puer Arato peribit, res omnes deprehensa bonæ si sunt, ante Sillam, & optimo capite non penitentias amplius decidere sperabit. Vale. Amicus

<sup>a</sup> Legendi hu-  
jusmodi scri-  
pta conservan-  
diq; ratio.  
<sup>b</sup> Generis  
ratio 1.

<sup>c</sup> Amicus verò interpres superposita bractea per fenestras occultatam sententiam conspiciet. Cuius exemplum, ut in posterum servetur, ea amota alio transcribet. <sup>d</sup> Poterit & hoc aliter fieri in constituta cuiusvis libri pagina magis oportuna, eæ tantum literæ, syllabæ & dictiones, quæ primæ occurrunt, & ad id explicandum quod voluerimus necessaria sint elegantur: quo usque totæ epistolæ sententia eliciatur; oleo deinde vel cera pellucida charta comparetur, ea libri folio superposita, omnia selectarum partium emicantia spacia lineolis atramento ductis designentur, \* hæc \* tamen charta mitti poterit. <sup>e</sup> Quod si eam oleo vel cera pollutam mitti non libeat, eius loco alia capiatur, quæ sub eam firmiter inhærente \* aliquo stylo ad indicandas literas comprimatur, & earū deinde signa atramento protrahantur, Eam deinde interpres, vt diximus, vel oleo vel cera pellucidam faciet, quæ \* supposita & firma subiectas partes indicabit: Sic quod significatum est agnoscerit. <sup>f</sup> Hoc etiam ante circino, vacua primum, deinde plena spacia dimetiente efficietur, vel aliter ut commodius fieri poterit.

## C A P V T XIX.

<sup>g</sup> 2. Genus.

<sup>a</sup> *Abditissimus per synonyma, vel paria verba scribendi modus.*

<sup>b</sup> Trithem :  
Polygraph.

<sup>c</sup> Inter cæteras scribendi technas, quæ in usu esse solent, nequaquam contemnendæ subtletatis cuiusdā Abbatis <sup>b</sup> Trithemij astus est, in quo

quo absoluendo \* ingens ferè totum volumen simul absoluit: cuius rationem, ne quid instituto operi desit, à me prius cognitam, quam alibi tractatam scirem, nolui pretermittere: *d* *Causa. L.*

Tùm quia res negligi minimè digna visa est, quod ad evitandam suspicionem valeret: *e* *tùm Causa. 2.*

etiam quia idipsum aliter nos & commodius,

quam illé sumus prosequuti. *f* *Nam quemadmodum is rem in religioꝝ orationis formā*

*redegit: ita nos in epistolæ modū magis oportunum,*

*quod minus præterea suspicionis habebit, concinnavimus.*

*Linearum præterea punctorum, & aliorum signorum, quæ in epi-*

*stolis fieri solent alphabeta adjecimus, ut scri-*

*ptum angustius esse possit: ne semper pro lite-*

*ra verbum poneretur, g Verùm in hoc nobis g Brevitatis ex-*

*tantò brevioribus esse licuit, quanto pauciores ille id genus scribendi modos excogitavit.*

*h Vt ad rem itaque accedamus. i Proposito se-*

*riæ epistolæ themate, cuius verba concinna tot b Tabularum*

*numero sint, quot à nostro judicio adjectis li- confectio.*

*neis, punctis, alijsque id genus signis, quæ in i Descriptio*

*epistolis fieri solent, serie totius epistolæ lite-*

*rarum numero plus minus videbitur responderemus. huius generis,*

*Nostræ sententiaz nos dictiones paulò plures quinquaginta induximus, quod cum*

*numerum satis esse existimavimus, qui cum li-*

*neis, punctis, & alijs signis sexagenarium per-*

*ficeret, tūm cuiusque verbi vicena tantum, vel i Descriptio*

*vicena singula, vel bina & vicena synonyma vel*

*paria verba, quot literarum numerus in alpha-*

*beto satis esse videbitur, componantur. Neq;*

Excusatio.

enim, ut aliâs dictum est, multum in furtivis scriptis circa orthographiæ modum laboramus: dum in hoc interdum peccandi nobis licentiam permittimus, modò maius rerum discrimen evitemus: quam etiam merito excusationem in synonymis exposcimus, si proprietas & ratio latini sermonis servata non fuerit, quod ea res parum nobis debuit negotij facessere: tûm quia id ipsum non facile fuerat: tûm etiam quia querimus potius quomodo quid vtcunque significare possimus, quam per propria verba rectè explicemus. Ea itaque synonyma vel paria verba in ordinem pro epistolæ concinnitate disposita in tabulas, ritè præpositis à latere literarum alphabeti characteribus vt singulæ verbis paribus singulis adhærent referentur, donec id in omnibus distinctionibus absoluatur, & tota epistola suis partibus perfecta sit. Hoc facto prius religionis nostræ signum, vnde mos est scribendi initium sumi, mox principij notam, puncta, & alia non inopportuna id genus signa suis locis in epistola collocanda in vicinas pariter formas præpositis literis eadem simulatione variabimus, vt ne illa quidem ociosa sint, sed literarum potestatem furtim mutuetur. Tabulæ itaque eo ordine procedant, vt primùm religionis nostræ signa, mox principiorum notæ, tûm simulatæ epistolæ verba, & inter hæc puncta, aliaque id genus disponantur, earum exemplum absolute capite prosequemur. g Sic confectis & ordine compositis tabulis scriptori in hunc modū

vci

g vñus.

vti conveniet, prima seriz epistolæ, seu schedula litera in primo indice, vbi crucis signum variabitur, quæ sita, quæ in eius locum figura erit posita, pro ea simulato crucis signo primum epistolæ fronte suo loco collocabitur, mox in succendentis locum eadem potestas in sequenti tabula inventa, cum apposito initij indice commutabitur, sic tertia in tertio tabularum ordine litera, & quartæ in quarto requiretur, & scripto collocabitur, donec in hunc modum tota epistola perscripta sit. *b* Verum videndum est, ne duæ literæ in eadem columna requirantur, nevè aliqua tabella omittatur, quod ut commodius evitari possit, pröderit singulis primis seriz epistolæ literis, mox etiam tabulis, sigillatim numerorum notas apponere. *i.* Quod si serij scripti literæ tabulis numerorum erunt æquales, tabellarum numero repetito epistolæ literas æquari debere. Quod si tabulae semel posita non erunt satis, & repeti erit necesse, alia epistola in alia charta reponatur, ne suspicio sit in verbis paribus in eadem charta positis. *k* Res ut liquidior fiat, exemplo comprobatur. Quare nostri propositi verba sunt hæc.

*b* Canticum.*i.* Catus.  
*2.* Catus.*k* Exemplum.

HOSTIS IN ITINERE OBVIAM FACTVS  
EST, CVM Q. DIV PUGNATVM ESSET,  
TERGA DEDIT.

Epistola, quæ verba occultabit, hæcerit.



*¶* Accepi literas tuas dilectæ & clarissime Pompei Severi  
me idibus Feb. per Tiburtium tabellarium tuum, illuc per-

K a

cept

cepit voluntatem tuam equidem gratulabundus, prudenter  
parui, præbus ea ratione tuo nomine Lælio creditori tuo mil-  
le, & quinq[ue] aureos ex emptione, Si quidpiam vacat exposci-  
to, & obtemperabo permotus suavi iucundaq[ue] benevolen-  
tia amicorum tuorum, iube sim certior de tuis rebus  
ut simul congratuler, vel dolorem sentiam.

Vale. Datum Neapol. 5. Fe-

bruar. 1560.

 Tuus fidelis Baptista Porta Neapolitanus.



Variate



## Variatæ tabellæ per numerum literarum.

1.

a   
b   
c   
d   
e   
f   
g   
h   
i   
l   
m   
n   
o   
p   
q   
r   
s   
t   
u   
x   
y   
z

2.

a   
b   
c   
d   
e   
f   
g   
h   
i   
l   
m   
n   
o   
p   
q   
r   
s   
t   
u   
x   
y   
z

3.

a Recepī  
b Aspēxi  
c Percepī  
d Habui  
e Nactus sum  
f Cognovī  
g Concepi  
h Perspexi  
i Intellexi  
l Sumpsi  
m Assumpsi  
n Percurri  
o Suscepi  
p Resumpsi  
q Prospexi  
r Vidi  
s Accepi  
t Perlegi  
u Legi  
x Respexi  
y Conspexi  
z Novi

K 3

a literam



## 4.

a literam  
 b epistolas  
 c syngraphas  
 d paginam  
 e paginas  
 f literulas  
 g schedulam  
 h schedulas  
 i epistolium  
 l tabellam  
 m scriptum  
 n scriptum  
 o chyrographum  
 p chartas  
 q chartulam  
 r chartam  
 s epistolam  
 t literas  
 u tabellulas  
 x chartulas  
 y tabellas  
 z syngrapham

## 5.

a dulcis.  
 b honorate  
 c amate  
 d suavis  
 e lepide  
 f humane  
 g probe  
 h spectate  
 i dilecte  
 l magnanime  
 m jucunde  
 n magnifice  
 o ornate  
 p honeste  
 q exculte  
 r docte  
 s prudens  
 t provide  
 u sincere  
 x mansuete  
 y ingeniose  
 z optime

## 6.

a et  
 b atque etiam  
 c perinde ac  
 d &  
 e idemque  
 f ac etiam  
 g ac  
 h atque  
 i a que ac  
 l atquè  
 m que  
 n q;  
 o que  
 p q;  
 q q.  
 r q.  
 s &  
 t atq;  
 u simul  
 x simul ac  
 y ac simul  
 z simul et

a Illu-

7.

- a Illustrissime
- b familiarissime
- c charissime
- d amplissime
- e felicissime
- f splendidissime
- g excellentissime
- h celeberrime
- i clarissime
- l munificentissime
- m acutissime
- n gravissime
- o integerrime
- p benignissime
- q clementissime
- r modestissime
- s eruditissime
- t solertissime
- u morigeratissime
- x præstantissime
- y gratissime
- z amicissime

8.

- a Fabrici
- b Vincenti
- c Baptista
- d Federice
- e Iacobæ
- f Petre
- g Alfonse
- h Francisce
- i Antoni
- l Cæsar
- m Hieronymi
- n Pompeie
- o Domine
- p Scipio
- q Nicolai
- r Carole
- s Nute
- t Alberte
- u Ioannes
- x Alexander
- y Augustine
- z Ptolomæ

9.

- a Porta
- b Penna
- c Caracciole
- d Severe
- e Leone
- f Carafa
- g Valla
- h Belle
- i Severine
- l Vrse
- m Benigne
- n Capua
- o Profe&to
- p Marate
- q Milinc
- r Venusine
- s Vicine
- t Venete
- u Poëta
- x Senensis
- y Taruisie
- z Mazzella

K 4 apidie



## 4.

a literam  
 b epistolas  
 c syngraphas  
 d paginam  
 e paginas  
 f literulas  
 g schedulam  
 h schedulas  
 i epistolium  
 l tabellam  
 m scriptum  
 n scriptum  
 o chyrographum  
 p chartas  
 q chartulam  
 r chartam  
 s epistolam  
 t literas  
 u tabellulas  
 z chartulas  
 y tabellas  
 z syngrapham

## 5.

a dulcis.  
 b honorate  
 c amate  
 d suavis  
 e lepide  
 f humane  
 g probe  
 h spectate  
 i dilecte  
 l magnanime  
 m jucunde  
 n magnifice  
 o ornate  
 p honeste  
 q exculte  
 r docte  
 s prudens  
 t provide  
 u sincere  
 x mansuete  
 y ingeniose  
 z optime

## 6.

a et  
 b atque etiam  
 c perinde ac  
 d &  
 e idemque  
 f ac etiam  
 g ac  
 h atque  
 i æque ac  
 l atquè  
 m que  
 n q;  
 o que  
 p qr  
 q q.  
 r q.  
 s &  
 t atq;  
 u simul  
 x simul ac  
 y ac simul  
 z simulet

a Illu-



- b Bernhard  
c Bonifatius  
d Fredericus  
e Iacobs  
f Petre  
g Alfonse  
h Franciscus  
i Antoni  
l Cesar  
m Hieronymus  
n Pompeius  
o Domine  
p Scipio  
q Nicolai  
r Carole  
s Nute  
t Alberte  
u Ioannes  
x Alexander  
y Agnus

No.  
a vidi

|   |                   |    |             |    |             |    |
|---|-------------------|----|-------------|----|-------------|----|
|   |                   | 10 |             | 11 |             | 12 |
| a | pridie calendas   | a  | Ianuarij    | a  | Sempronium  |    |
| b | calendis          | b  | Februarij   | b  | Tiberium    |    |
| c | octavo idus       | c  | Martij      | c  | Tullium     |    |
| d | sesto idus        | d  | Aprilis     | d  | Lucium      |    |
| e | quinto idus       | e  | Maij        | e  | Lyciscam    |    |
| f | quarto idus       | f  | Iunij       | f  | Palzmonem   |    |
| g | tertio idus       | g  | Julij       | g  | Simeonem    |    |
| h | pridie nonas      | h  | Augusti     | h  | Ludovicum   |    |
| i | quarto calendas   | i  | Feb.        | i  | Trebatium   |    |
| l | sesto calendas    | l  | Octobris    | l  | Petreum     |    |
| m | septimo calendas  | m  | Novembris   | m  | Tyronem     |    |
| n | nono calendas     | n  | Decembris   | n  | Tiburtium   |    |
| o | octavo calendas   | o  | Quintilis   | o  | Theseum     |    |
| p | decimo calendas   | p  | Sextilis    | p  | Artemidorum |    |
| q | vndecimo cal.     | q  | Septembries | q  | Haly        |    |
| r | duodecimo cal.    | r  | Iul.        | r  | Petronium   |    |
| s | decimo 5. cal.    | s  | Ianu.       | s  | Quirinum    |    |
| t | idibus            | t  | Aug.        | t  | Sextum      |    |
| u | tertio nonas      | u  | Mart.       | u  | Iosephum    |    |
| x | quarto nonas      | x  | Apri.       | x  | Valerium    |    |
| y | decimo 3. calend. | y  | Mai.        | y  | Franconium  |    |
| z | quinto calendas   | z  | Iun.        | z  | Pontanum    |    |

atabel-

13.  
 a tabellionem  
 b libertinum  
 c servum  
 d secretum  
 e tabellarium  
 f clientem  
 g hospitem  
 h libertum  
 i manumissum  
 l amicum  
 m vernam  
 n contubernalem  
 o assiduum  
 p delatorem  
 q nuncium  
 r fidelem  
 s domesticum  
 t mancipium  
 u missum  
 x intimum  
 y conscientia  
 z benevolum

14.  
 a.  
 b:  
 c:  
 d:  
 e..  
 f.:  
 g::  
 h..  
 i;  
 l;  
 m,  
 n:  
 o/  
 p;  
 q:  
 r,  
 s..  
 t.:  
 u.  
 x..  
 y..  
 z::

15.  
 a subito  
 b cito  
 c extemplo  
 d statim  
 e illico  
 f continuo  
 g confessim  
 h mox  
 i evestigio  
 l oxyssimè  
 m mature  
 n præpopere  
 o raptim  
 p citius  
 q citissimè  
 r velociter  
 s festinè  
 t repente  
 u celeriter  
 x præstò  
 y inopinate  
 z ex improviso.

K s a vidi

**magisculis hinc incipiendum**

16

a vidi  
 b inspexi  
 c intellexi  
 d agnovi  
 e conspexi  
 f perspexi  
 g accepi  
 h hausī  
 i excepi  
 l providi  
 m animadvertisi  
 n novi  
 o percepī  
 p penetravi  
 q perpendi  
 r concepi  
 s inveni  
 t cognovi  
 u consideravi  
 x didici  
 y expendi  
 z habui

17

a rogatum  
 b voluntatem  
 c conceptum  
 d desiderium  
 e mentem  
 f intentionem  
 g dictum (tionem)  
 h præcep<sup>x</sup>  
 i rogatum  
 l optatum  
 m cogitationem  
 n affectionem  
 o propositum  
 p intentum  
 q postulatum  
 r animum  
 s deliberationem  
 t jussum  
 u consilium  
 x petitionem  
 y præceptum  
 z mandatum

18

a certe  
 b indubitanter  
 c nempe  
 d nimirum  
 e medius fidius  
 f addepol  
 g sanē  
 h porrō  
 i planē  
 l profectō  
 m enimverō  
 n quidem  
 o dubio procul  
 p quippe  
 q verū  
 r indubitate  
 s pol  
 t mæhercle  
 u equidem  
 x cæterūm  
 y perpol  
 z clarē

a cupi-

19

a cupidus  
b avidus  
c optans  
d appetens  
e exoptans  
f gliscens  
g concupiscentia  
h gestiens  
i gratulabundus  
l anhelans  
m ardens  
n exardens  
o inflammatus  
p incensus  
q exardescens  
r præcupiens  
s attendens  
t gaudens  
u latus  
x cupidus  
y desiderans  
z latabundus

20

a prudenter  
b vigilanter  
c sedulo  
d providè  
e perfectè  
f deliberatè  
g singulariter  
h alacriter  
i hilariter  
l audacter  
m integrè  
n amicè  
o amanter  
p facilè  
q gratioscè  
r attentè  
s fideliter  
t excellenter  
u optimè  
x gaudenter  
y principaliter  
z præcipue

21

a obedivi  
b obtemperavi  
c excutioni mādavi  
d ancillatus sum  
e morigeratus sum  
f rem peregi  
g rem gessi  
h egī rem  
i obsecutus sum  
l obedivi  
m pavi  
n excutus sum  
o perfeci rem  
p obediens frui  
q providi mandato  
r servivi  
s interservivi  
t obsequens frui  
u obsequētissimus  
x morem gessi (fui  
y parens fui  
z obsequū præstiti  
a dedi

22

a dedi  
b adhibui  
c substitui  
d largitus sum  
e permisi  
f præbui  
g obtuli  
h prætuli  
i attuli  
l absolví  
m solvi  
n retribuí  
o consignavi  
p obsignavi  
q exposui  
r contribui  
s elargitus sum  
t donavi  
u porrexí  
x concessi  
y misi  
z tribui

23

a ea ratione  
b ea causa  
c eam ob rem  
d proinde  
e sic  
f quapropter  
g ideò  
h itaque  
i igitur  
l quamobrem  
m ea propter  
n ea de causa  
o ob eam rem  
p iccirco  
q propterea  
r eam ob causam  
s quas ob res  
t quo circa  
u quare  
x ex hoc  
y hanc ob rem  
z inde

24

a te jubente  
b tua causa  
c tuo nomine  
d tua gratia  
e jussu tuo  
f mandatu tuo  
g nutu tuo  
h tuo obsequio  
i tuis verbis  
l tuo jussu  
m tua gratia  
n tuo consilio  
o tuo mandatu  
p tua voluntate  
q tuo libitu  
r te monente  
s te volente  
t tuo commodo  
u te mandante  
x tuis literis  
y tui amore  
z te præcipiente.

a Phil-

25  
 a Philippo  
 b Vincentio  
 c Antōnio  
 d Ioanni  
 e Fabio  
 f Flaminio  
 g Petro  
 h Francisco  
 i Iacobo  
 l Marcello  
 m Mario  
 n Octavio  
 o Decio  
 p Ferdinando  
 q Alphonso  
 r Mutio  
 s Simeoni  
 t Lælio  
 u Valerio  
 x Aurelio  
 y Metello  
 z Seleuco

26  
 a fideli  
 b amico  
 c sodali  
 d familiari  
 e conforti  
 f collegæ  
 g sociò  
 h contubernali  
 i amabili  
 l benevolo  
 m protectori  
 n custodi  
 o conservatori  
 p domestico  
 q participi  
 r commensali  
 s coniuncto  
 t consocio  
 u creditori  
 x tutori  
 y amicissimo  
 z intimo

27  
 a centum  
 b duobus centum  
 c septies mille  
 d quatercentum  
 e tercentum  
 f bis centum  
 g octies mille  
 h bis mille  
 i ter mille  
 l quatermille  
 m quinquies mille  
 n quinquies centū  
 o duo millia  
 p sex millia  
 q septem millia  
 r sexies centum  
 s mille  
 t novies mille  
 u decies mille  
 x undecies mille  
 y duodecies mille  
 z tredecies mille.

a decem

| 28              | 29                  | 30                 |
|-----------------|---------------------|--------------------|
| a decem         | a denariolos        | a supellectili     |
| b duodeviginti  | b coronatos         | b domo             |
| c quadraginta   | c argéteos denarios | c venditione       |
| d quatuor       | d uncias            | d familia          |
| e quinque       | e argéteos nūmos    | e censu            |
| f novem         | f aureos nummos     | f patrimonio       |
| g septem        | g obulos            | g proventu         |
| h sex           | h trientes          | h redditu          |
| i duo           | i nummos            | i hæreditate       |
| l unum          | l sextertia         | l pensione         |
| m undecim       | m talenta           | m fraternis opibus |
| n duodecim      | n nummulos          | n redditibus       |
| o quatuordecim  | o asses             | o re privata       |
| p quindecim     | p sextertios        | p re paterna       |
| q duodetriginta | q denarios          | q re tua           |
| r undeviginti   | r aureos denarios   | r publico proventu |
| s viginti       | s aureos            | s dotali pecunia   |
| t octo          | t carolinos         | t emptione         |
| u triginta      | u minas             | u legata pecunia   |
| x quinquaginta  | x libras            | x ærario           |
| y septuaginta   | y florenos          | y bonis tuis       |
| z octuaginta    | z nūmos argéteos    | z trapezita        |

28



31

a ::  
b.  
c,  
d;  
e::.  
f..  
g ::  
h:  
i..  
l?  
m )  
n ::  
o,  
p:  
q.  
r.:  
s.:  
t:  
u..  
x?  
y..  
z)

a maiusculis incipiendum

SI

|                    |    |                   |
|--------------------|----|-------------------|
| a aliud            | 32 | a remanens est    |
| b novum negotium   |    | b remanet         |
| c quicquam novum   |    | c reliquum est    |
| d aliqua res       |    | d relinquitur     |
| e aliquid          |    | e restat          |
| f quæpiam          |    | f residet         |
| g quicquam         |    | g residuum est    |
| h aliud negotium   |    | h residens est    |
| i alia res         |    | i superest        |
| l nonnihil         |    | l est præterea    |
| m nova res         |    | m vacat           |
| n quæ res          |    | n est insuper     |
| o aliquid novi     |    | o adiungitur      |
| p quid             |    | p superat         |
| q quicquid         |    | q qdhuc extat     |
| r aliquid novum    |    | r necessarium est |
| s quidpiam novi    |    | s desit præterea  |
| t agendum aliud    |    | t deest etiam     |
| u quidpiam         |    | u super extat     |
| x negotium aliquod | 33 | x etiamnum deest  |
| y aliquod negotium |    | y excedit         |
| z aliud officium   |    | z superadditur    |

ajubeto

34.

a iubeto  
b dicio  
c impera  
d præcipito  
e quærito  
f imperato  
g jube  
h dic  
i quære  
l pete  
m petito  
n ostendito  
o flagitato  
p exposce  
q exposcito  
r postulato  
s certiorem fac  
t fac ut intelligam  
u rogato  
x scribe  
y roga  
z commonefacito

35.

a obsequar  
b parebo  
c inferviam  
d obtemperabo  
e morem geram  
f amicū præstabο  
g obsequiū præsta-  
h rem faciam (bo  
i rem exequar  
l perficiam  
m satisfaciām  
n jussum exequar  
o usui ero  
p satisfacere conab.  
q obedire conabor  
r inservire conabor  
s obtēperare conab.  
t obsequi conabor  
u parere conabor  
x providebo  
y amicum geram  
z pvidere conabor

t commotus  
b inductus  
c coactus  
d devinctus  
e commotus  
f ductus  
g adductus  
h constrictus  
i permotus  
l illaqueatus  
m irretitus  
n vincitus  
o astrictus  
p devinctus  
q constrictus  
r captus  
s motus  
t commotus  
u submissus  
x nodatus  
y destrictus  
z coactus

36.

a unica

37

a unica  
b singulari  
c rata  
d insigni  
e magnifica  
f præstanti  
g præcellentii  
h proba  
i excellenti  
l sincera  
m recta  
n integra  
o præsigni  
p mirifica  
q pura  
r facili  
s pia  
t modesta  
u suavi  
x dulci  
y fida  
z ornata

38.

a et  
b &  
c z  
d &  
e nec minus  
f zquè ac  
g perinde ac  
h atque  
i atque  
l atq.  
m nec non  
n eademque  
o perinde atque  
p que  
q ac  
r atque  
s veluti  
t simul &  
u simul ac  
x & simul  
y acetiam  
z sicut

39.

a oportuna  
b amabili  
c solida  
d benigna  
e nobili  
f perspicua  
g dilucida  
h zqua  
i recta  
l dulci  
m clara  
n generosa  
o insigni  
p conspicua  
q manifesta  
r eleganti  
s præstanti  
t indubia  
u jucunda  
x benevola  
y dulcissima  
z familiari.

L a hu-



40

a humanitate  
b probitate  
c bonitate  
d virtute  
e sinceritate  
f urbauitate  
g benevolentia  
h comitate  
i gratia  
l caritate  
m pietate  
n integritate  
o liberalitate  
p societate  
q largitate  
r magnanimitate  
s aequitate  
t lenitate  
u beneficentia  
x aequabilitate  
y modestia  
z facilitate

41

a tua

b animitui

c morum tuorum

d maiorum tuorum

e parentū tuorum

f germanorū tuorū

g generis tui

h familiæ tuæ (rum h

i propinquorū tuo-i

l indolis tuæ

m patruum tuorum

n amicorum tuorū

o cognatorū tuorū

p filiorum tuorum

q filij tui

r matris tuæ

s affinium tuorum

t patris tui,

u pronepotū tuorū

x sororis tuæ

y natorum tuorum

z heredum tuorum

42

a jube

b facito

c jubetō

d placeat

e jubeat

f animo sit

g voluntas sit

h cordi sit

i commodum sit

l animo sedeat

m effictio

n perficito

o patiatur animus

p conficito

q videatur

r ferat animus

s finito

t fac

u ferat mens

x tibi placeat

y ferat cor

z ferat desiderium

a con-

43  
 a conscius  
 b clarior  
 c apertior  
 d dilucidior  
 e admonitus  
 f commonefactus  
 g exploratus  
 h scientior  
 i clarus  
 l perspicuus  
 m præclarus  
 n non obscurus  
 o certus  
 p non novus  
 q certior factus  
 r edocetus  
 s imbutus  
 t certior  
 u scientissimus  
 x clarissimus  
 y certissimus  
 z notior

44  
 a pertinentibus  
 b filijs  
 c negotijs  
 d consilijs  
 e arcanis  
 f secretis  
 g domesticis  
 h necessarijs  
 i agnatis  
 l fratribus  
 m amicis  
 n familiaribus  
 o parentibus  
 p genitoribus  
 q natis  
 r germanis  
 s sororibus  
 t proximis  
 u rebus  
 x liberis  
 y cogitationibus  
 z consocijs

45  
 a coniunctim  
 b unā  
 c tecum  
 d et ipse  
 e iunctim  
 f amicē  
 g nobiscum  
 h ego etiam  
 i ipse etiam  
 l merito  
 m simul  
 n familiariter  
 o optimo iure  
 p iure  
 q invicem  
 r simul quoque  
 s simul unā  
 t ego quoque  
 u ipse quoque  
 x affatim  
 y legitimē  
 z multum

L 2 a gau.

| 46                    | 47                       | 48  |
|-----------------------|--------------------------|-----|
| a gaudeam             | a doleam                 | a:: |
| b gaudio afficiar     | b dolore afficiar        | b.  |
| c læter               | c mæream                 | c:  |
| d exulter             | d tristitia afficiar     | d,  |
| e congratuler         | e trister                | e;  |
| f jucunder            | f sim in dolore          | f.. |
| g lætitia afficiar    | g sim in tristitia       | g:: |
| h voluptate fruar     | h contrister             | h.: |
| i voluptate afficiar  | i sim in mærore          | i.. |
| l gratuler            | l mærorē sentiam l)      |     |
| m voluptate perfuar   | m mærorem patiar         | m?  |
| n solatio fruar       | n tristitiam sentiam n:: |     |
| o solatio perfruar    | o affligar               | o:: |
| p lætificer           | p conturber              | p:  |
| q congaudeam          | q afflicter              | q;  |
| r solatio afficiar    | r condoleam              | r.: |
| s lætitia fruar       | s dolorem sentiam s.     |     |
| t lætitia perfruar    | t perturber              | t:: |
| u jubilem             | u angar                  | u,  |
| x gaudio fruar        | x doloribus afficiar     | x.. |
| y jucūditate afficiar | y mærore afficiar        | y?  |
| z gaudio perfruar     | z fleam                  | z)  |

à maiusculis incipiendum

a vive

49

- a vive felix  
 b valeas  
 c benè valeas  
 d sospes sis  
 e vale  
 f cura valetudinem  
 g diu vale  
 h valetudinem cura  
 i fœlix vive  
 l valetudini consule  
 m Dij te sospitent  
 n inservi valetudini  
 o valetudini inservi  
 p valeto  
 q indulge valetudini  
 r diu valeas  
 s diu valeto  
 t incolumis sis  
 u benè vale  
 x benè valeto  
 y incolumis vive  
 z multum valeas

50

- a Exaratum  
 b Conscript.  
 c Confectum  
 d Descriptum  
 e Conscriptionum  
 f Dat:  
 g Perscriptum  
 h Obsignatum  
 i Perscriptæ  
 l Scrip.  
 m Descrip.  
 n Exar.  
 o Perscrip.  
 p Datæ  
 q Obsignatæ  
 r Scriptæ  
 s Exaratae  
 t Datum  
 u Descriptæ  
 x Obsign.  
 y Confectæ  
 z Inscriptæ

51

- a Venetijs  
 b Catanæ  
 c Romæ  
 d Mantuæ  
 e Corcyrae  
 f Patavij  
 g Messanæ  
 h Panhormi  
 i Mediolani  
 l Placentiæ  
 m Papiæ  
 n Vercellis  
 o Alexandriæ  
 p Syracusis  
 q Leontij  
 r Caietæ  
 s Senis  
 t Neapoli  
 u Salerni  
 x Capuæ  
 y Patavij  
 z Aquileia

L 3      21

| 52   | 53           | 54     |
|------|--------------|--------|
| a 1  | a Ianuarij   | a 1559 |
| b 2  | b Februarij  | b 1540 |
| c 3  | c Martij     | c 1541 |
| d 4  | d Aprilis    | d 1542 |
| e 5  | e Iunij      | e 1543 |
| f 6  | f Maij       | f 1544 |
| g 7  | g Iulij      | g 1560 |
| h 8  | h Augusti    | h 1546 |
| i 9  | i Septembris | i 1547 |
| l 10 | l Octobris   | l 1568 |
| m 11 | m Novembbris | m 1549 |
| n 12 | n Decembbris | n 1550 |
| o 13 | o Sextilis   | o 1551 |
| p 14 | p Quintilis  | p 1552 |
| q 15 | q Ianuar.    | q 1553 |
| r 16 | r Februar.   | r 1554 |
| s 17 | s Mart.      | s 1555 |
| t 18 | t April.     | t 1556 |
| u 19 | u Mai.       | u 1557 |
| x 20 | x Iun.       | x 1558 |
| y 21 | y Iul.       | y 1559 |
| z 22 | z Aug:       | z 1545 |

55

56

|   |                 |
|---|-----------------|
| a | a socius        |
| b | b servus        |
| c | c amicus        |
| d | d fidelis       |
| e | e conscius      |
| f | f dilectus      |
| g | g familiaris    |
| h | h famulus       |
| i | i verna         |
| l | l amatus        |
| m | m adamatuſ      |
| n | n comes         |
| o | o intimus       |
| p | p minister      |
| q | q cōfors        |
| r | r collega       |
| s | s contubernalis |
| t | t consanguineus |
| u | u frater        |
| x | x affeclā       |
| y | y nepos         |
| z | z procurator    |

T v s

57

|   |              |
|---|--------------|
| a | a Fabricius  |
| b | b Pantheus   |
| c | c Ioachimus  |
| d | d Paulus     |
| e | e Baptista   |
| f | f Scipio     |
| g | g Bernhardus |
| h | h Cæsar      |
| i | i Philippus  |
| l | l Ambrosius  |
| m | m Nicolaus   |
| n | n Pompeius   |
| o | o Albertus   |
| p | p Petrus     |
| q | q Hieronymus |
| r | r Dominicus  |
| s | s Andreas    |
| t | t Antonius   |
| u | u Claudius   |
| x | x Augustinus |
| y | y Dionysius  |
| z | z Franciscus |



58

- a Carafa
- b Severinus
- c Galeotus
- d Porta
- e Hercules
- f Danielis
- g Sforza
- h Fracostarius
- i Delphinus
- l Balena
- m Anifus
- n Trivignus
- o Galeopsis
- p Silenus
- q Synefius
- r Valla
- s Berosius
- t Perusius
- u Dilectus
- x Pyronta
- y Valerius
- z Burghetta

59

- a Panhormitanus
- b Venetus
- c Germanus
- d Romanus
- e Patavinus
- f Veronenfis
- g Cremonensis
- h Mantuanus
- i Neapolitanus
- l Genuensis
- m Suessanus
- n Surrentinus
- o Perusinus
- p Senensis
- q Bergoma
- r Mediolanensis
- s Vicentinus
- t Placentinus
- u Cordubensis
- x Hispanus
- y Calaber
- z Appulus

60

- a
- b
- c
- d
- e
- f
- g
- h
- i
- l
- m
- n
- o
- p
- q
- r
- s
- t
- u
- x
- y
- z

CAPUT

*Vt scriptum multiplici dolo perplexum  
fiat, vt & involucrum sub involucro  
lareat.*

**A**ntequam huic materiæ extremam ma- a2. Medus plaz-  
nè inexplica-  
bilis rationis.  
num imponam, inventum maximè vtile  
huc afferre non pigebit, *a* in quo scriptum hu-  
jusmodi fiet. *vt* non vna simplici, sed multiplici  
doli perplexitate involuatur, *vt* si primus cor-  
tex, quod minimè credibile est, detraetus sit,  
multò maior mox de cætero labor supersit:  
Quis autem ne primum quidem involucrum  
detrahi rectè posse non videat? dum id vtcunq;  
detestum est, adhuc maximè obscurum rectè-  
ne an perperam cortex primus sublatuſ sit, ad-  
monere non possit? Involucra ex arbitrio  
complura esse poterunt, quæ *vt* rectè ad occul-  
tè scriptum penetretur, tolli omnia necesse est,  
ea vel quæ à nobis tractata sunt, vel nova,  
vel hæc cum illis commixta simul esse pote-  
runt. De earum ratione nihil à nobis dici ne-  
cessere est: quod enim de singulis præceptum est,  
*idem & de cōjunctis sentire debemus.* *b* De vſu & Causis.  
verò nihil occurrit, quod dicam amplius, nisi  
quod in hac multiplicis involucri perplexitate  
considerandum est, qui dolus præponi, & qui  
postponi recto ordine debeat: aliqua enim pri-  
mum, aliqua post collocari tūm oportebit, tūm  
etiam commodius erit. Res nullo pacto com- Exemplum.  
modiūs, quam exemplo indicabitur. *c* Sit igi-  
tur hoc, quod occulte scribendum sit.

L 5

PVEL-

• \*PVELLAM HODIE AMATAM DEFLO RAVI.

41. Ratio de d Haec sententia si per aliquam verborum simi-  
qua supra ca.<sup>17</sup> litudinem velanda sit, quod in primo libro do-  
cuimus, tali rationi exprimetur.

, Vrbem hodie variam depopulatus sum.

• 21. Ratio de e Haec rursus sententiam si per ordinem ver-  
qua supra p.<sup>131</sup> borum certi Pliniani scripti velim occultare, in  
hunc modum prodibit oratio.

, Apparavit mihi ante felicem arborem.

f 3. Ratio de f Hoc ipsum tertio si alphabeto in quinque li-  
qua cap. 12. teras contra&to obscurandum sit, haec literae ap-  
ponentur.

a a d b b d b a a d d s c c a e b c c c a b d c a a a c d e b b a b b b a  
c b c a a c b a c a b a c c a a d d a b d a d d b a c c .

g 4. Ratio de g Eas quarto si clavis artificio velim occludere,  
qua supra ca. 6. has literas designabo.

z n t r s u y s p o x p s u t n t n s u o x n z q p s q n y o o z x n n s  
t r t y u n y t p q u s p r z t u q x z z s r .

h 5. Ratio de h Quas si quinto verbis, punctis & lineis litera-  
qua cap. 19. ex-  
tabellis pa.<sup>140</sup>. rum loco positis latere velim, haec epistola con-  
& seqq. cinnabitur.



Si Perlegi chartam tuam, prudens & simul gratissime  
Nunc Marate, octavo calendas April per Artemidorum do-  
mesticum tuum. Repense novi iussum tuum quidem atten-  
dens optimè perfici rem: concessi ea de causa te pricipiente  
Alphonso domestico tuo mille & duodecimta[!] numeros  
los ex bonis tuis: si aliquid novi superadditur, scribe & ius-  
sum exequar, viuetus pia atque eleganti lenitate natum  
tuorum, ferat manus tua non obscurus de tuis cogitationi-  
bus, vt

bis, ut ego quoque latificer vel afflicter. Diu valeto. Data :  
Casere 22. April. 1557.

**J**onus affecta Franciscus Burghetta  
Vicentinus E

i Quæ si postremo ad apertas bracteas referenda sit in alium modum, talis epistola fit.

S

**S**y Perfectus legitimusque fuit charissime Tamerlane  
tum ordo scribendi. Nam prudens & doctus Simon multi-  
landevit, & gravissimè legit. Nunc te Marcus Ascensio, &  
Octavius Serocaliendas apriori laude prosequuntur per om-  
nes artes, ut mihi Dorumus, qui domi est mihi, cum de tua  
humanitate ageret, retulit. Si penes te novi aliquil esse

cupis, in suum iunum exequar, idemque attendens optime  
perfectèque perficiam rem. Concessum iam est eadem can-  
sa pro se precium Pienio Tealfono, & Socrati domestico  
tuo, qui mihi ille, & duo alijs petierunt. De tribus & qua-  
drageinta aureis nummus nihil scribam, cum nullos adhuc  
ex bonis, optimoque tuis amicis vidimus, qui aliquid novi  
de his dicerent. Si super his nil additur, scribemus etiam,  
ut in suum exequamur. Vincentius primaria quamvis,  
atque eleganci stili lenitate laudes natorum tuorum pro-  
ferat, attamen quia pessimus, nec non obscurus autor est  
de tuis rebus, cogitabis quibus rationibus laudat, ne ut  
ego, sic latifcentur inimici, vel afflictentur: Diu valebis  
tu, & omnes si quod dixi à te, & omnibus fuerint obserua-  
tum. Caius Emilius Terentius 222. scripsit versus, Apri-  
lius autem 21559. **S**ed tunc Ascensio & secum  
Nicolaus Franciscus Burghum combusit, & tali incendio  
Vincentium supra narratum, interfecerunt: quicquid ha-  
buerimus scriptum.

Hic

*k Interpretatio  
di huiusmodi  
scriptaratio.*

*k Hicordo componentis servabitur, qui inter-  
preti præposterus erit. Hujusmodi nonnulla  
amicorum scripta cum maxima eorum admira-  
tione interdum sum interpretatus, ita ut non  
defuerint, qui propterea me artem habere, qua  
malis spiritibus imperarem, censuerint.*

## C A P V T XXI.

*De clandestinis nuncijs.*

*22. Pars signifi-  
cationis oe-  
culta.*

**N**on a minùs quàm in animi sensis occul-  
tandis, diversis quoque modis in mitten-  
dis recipiendisque cautè nuncijs vetustas vfa  
est, quibus nec ad id rudior nostra ætas etiam  
alios induxit: eos recensere non pigebit, ne  
quid sciens præteream, quod de eo genere vs-  
quam meminerim: ne cum occasio postulave-  
rit, aliorum nobis exempla suppeterem possint.

*Divisio.*

*b Quare non inopportunum erit hanc materiam  
tres in præcipue partes distribui: vt de literis  
primum, mox de tabellarijs, tertio de eorum iti-  
neribus loquamur. De literis sermo erit, quem  
admodum illæ occultari consueverint, & in-  
scribi demonstreimus, de tabellarijs verò rur-  
sus, vt de homine habitum & figuram menti-  
ente verba faciamus: de itineribus, vt interce-  
ptorum insidiæ, quemadmodum interdum vi-  
tari possint doceamus; quarum rerum exem-  
pla, quæ nobis inter legendum in veterum hi-  
storijs licuit cognoscere, hoc in loco distincta  
in medium afferemus. c Primum itaque occur-  
rit Theophrasti sententia, in qua is admonet,  
inciso viridis & adhuc virentis ligni cortice, &  
intus*

*c. De materia  
in qua. i. ratio.  
Cardan. de va-  
riet. rer. lib. 12.  
cap. 61. pa. 793.*

intstantum evacuato, quantum literas capere possit, & postmodum alligato, illud justi temporis lapsu, natura cum literis occlusum remanere. In hunc modum ille religiosis ex hominum industria præceptionibus, ligno inclusis admiratos populos trahi potuisse meinicit. Sed hoc ex Theophrasto potius ad rei similitudinem induxi, quam ut ad præsens medium facere posse admonerem. Diuturni siquidem temporis ad id successione opus esset. d Potest hoc tamen recte in sicco ligno, ve- d. Ratio.  
 lut abiete quilibet in hunc modū non incommodè imitari, communi albo glutine rimis coalescentibus. e Potest & hoc in ovo perfici, e. Ratio.  
 vt illud delicate acuta cultri cuspidē apertum, mox apposita chartula glutine ex ovi albumine, cerussa & cerā confectō occludatur. f Idem f. Ratio.  
 & in frācto marmore, vt partes coalescant pro-  
 desse poterit. g Fiet & hoc in pomo, vt schedu- g. Ratio.  
 la intus reponatur, vt quò minus fieri possit s. Eam in rem  
 hiatus appareat. h Huc spectat Acontij factum gluten qui fac  
 referre, qui in sacro Diana templo pulcherri- docet Cardan.  
 mo pomo inscriptis versibus legentē, & stan- de variet. rer.  
 tes, ante Cydippes puellæ pedes projecto, & lib. 12. cap 61.  
 nemine id deprehendente clusit, quamvis hoc Pag. 792. in fi.  
 ille supra pomi corticem efficerit, in pomo b Exemplā seu  
 verba hæcerant inscripta. secunda ratio  
huīus speciei.

*Iuro tibi sacra per mystica sacra Diana*

*Me tibi venturam comitem sponsamque futuram.*

Visus est enim is legentem eo jurejurando co-  
 gere sibi amicam, & conjugem fore. i Huic lo- j. c. Ratio. Pla-  
 co Polycrites faminæ astus affinis est ea siqui- tarch: de virtu-  
 dem te mulier: Po-  
lijen strateg. j. b. 1.

dem dum in Milesiorum castris patrium & so-  
lēmne festū ageretur, omnibus somno vino-  
que oppressis, na&tā temporis oportunitatē,  
vt id fratribus nunciaret, sic perfecit: Diogene-  
tum Erythreōrum ducem rogavit, vt sibi ali-  
quam bellariorum partem liceret ad fratres  
transmittere, quo permittente, plumbeo libel-  
lo in placentam conjecto mandavit ferenti,  
fratribus suo nomine diceret, vt eam ipsi Toli  
comederent: quod cum ille retulisset, fratres  
aperta placenta, libellum, qui erat inclusus, re-  
pererunt, & quod in ea scriptum erat exequuti  
sunt, armis per noctem hostes festo inebriatos  
& sine cura consopitos adorti, & voti compo-  
tes effecti: & Aliter Harpagus, qui (vt Herodo-  
tus ait) literas in exenterato lepore inclusas, si-  
mulato paſtoris venatu, ad Cyrum misit / Idem  
etiam præstabunt indumentorum latebræ, vt  
suspicio evitetur, & in sinu, & pedum soleis fur-  
tim gestentur, in hoc propositum Ovidius sic  
in arte amandi.

## 47. Ratio.

18. Ratio. Sic  
Antiphili seru-  
ad Antipatrum  
Herodis Ma-  
gri F. missus  
duplici ueste in  
datus in alte-  
rius interioris  
que litteras fe-  
cetiores per-  
tulit. Ios. Orig.  
lib. 17. cap.

*Conscia cum posset scriptas portare tabellas,*

*Quas tegat in repido fascia lata sinu.*

*Cum posset sole a chartas celare ligatas,*

*Et vindicta blandas sub pede ferre notas.*

*m* Frontin: *Str. tegi.* li. 13. ca. 13.

*m* Campani verò dum aliqua Pœnisi nunciare  
quererent, & vndique à Romanis, à quibus  
obsessi erant custodiæ agerentur, subornatum  
quendam virum pro transfuga miserunt, qui  
occultam baltheo epistolam habens, simulata  
fugiendi occasione ad Pœnos pertulit. *n* Alij  
*n* Attici. Mar-  
ce lib. 18. simi-  
la exemplum  
referunt.

*verò aliter interioribus vaginalium inscriptis  
nuncios*

nuncios destinarunt, & rem indebet dolo <sup>et</sup> Ratto.  
indicarunt. p Nec defuerunt, qui eam cautionē <sup>P. 10 Ratio de</sup>  
affixis characterum lineamentis in membris  
quæsiverunt, vt Ovidius in hanc sententiam.

Hac cætas custos, procharta consicia, tergum

Prebas, inque suo corpore verba feras.

q Huc Istiæ factum pertinet, qui clandestinum <sup>P. 11. Ratio de</sup>  
nunciū ad Aristagorā missurus, servi caput de- <sup>qua & supra</sup>  
rasit, & mox characterū stigmata impressit, do-  
mirento donec capilli ex crescere, deinde  
missio, nulla re amplius significata, nisi vt Arista-  
goræ diceret sibi rursus caput deradendū, pro  
nuncio usus est. r Sunt & hac tempestate, quita-  
bellas aliquo escultento involutas, caniglutien-  
das præbeant, vt ex eius postmodū interfici vi-  
sceribus nuncius exigatur, nec quicquā demū  
præteritur, quod eam cautionem facere possit.

s Eadem hominis cura in tabellarijs militis ha- <sup>P. 12. Ratio.</sup>  
bitum & figuræ permutationem perquisivit. t <sup>P. 11. De tabel-</sup>  
<sup>larior.</sup>

Huiusmodi itaq; Harpagi factū occurrit Is. Herodoto autore, Cyro occultū animi consilium  
proditus, cum hoc impeditis itineribus ali-  
ter non posset, fidissimo domestico venatoris  
habitū mentito & lepore habenti, in quo ex-  
enterato tabellæ includebantur, in Persidem  
perferendas tradidit. u Huc vafrū Iosippicon- <sup>P. 12. Ratio.</sup>  
silium spectat, cuius jussu internuncij custo-  
dum & excubantium manus neglecti, velleri-  
bus loca coniecti præteribant, vt si quando  
conspici possent, canum similitudinem menti-  
rentur, quod factarū est, donec eam fraudem  
vigiles persenserunt, vallumque cinxerunt.

x Nec

- s. III. De itineribus.** *x* Nec satis humanæ curiositati fuit, nisi etiam sibi de itineribus consuleret, ne nuncij in custodum & in interceptorum manus pervenirent. *y* Quare terrestri relicto itinere, suam etiam flumina viam præbuerunt. Sed ne inter*z*. Lib. 3. ca. 13. rim scriptum aquis posset aboleri, (*z* Frontino & eiusdem ge- autore) *x* plumbeis lamellis inscriptis milites aeris Exemplū extat apud Dio Saltellam amnem tranantes, ad brachia alligatum Cassili. *46* *tis* vsus est. *b* Lucullus verò, vt idem Frontinus refert, vt Cyzicenis à Mithridate obseisis, suum adventum indicaret impeditis, hostium præsilio faucibus, quæ medico ponte continentis jungebantur, maritimum iter quæsivit: gregarius siquidem miles ad id destinatus, inflatis duobus vtribus insidens, vbi literæ includebantur, duabus regulis \* inclusis, simulata marinæ beluz specie per septem millia fluminis trajectum, duci adventum annunciavit. Sed ne id quidem satis esse visum est. Verita enim hominis solertia ne aut dolo, aut casu aliquo nunciis intercipi possit, & veritas sponte prodetur, aut res tormentis ageretur, vt ea possit extorqueri, *c* viam etiam in aëre quæsivit, & sagittis interdum, nonnunquam avibus tabellariorum vicarijs vsa est, vt ea adversus interceptores per cœlum securitatem præstaret: in eum modum, vt Herodotus ait *d* ab Artabazo & Timoxeno factū est, *e* quoties alter alteri quicquam vellet nunciare. Charta siquidem pedisagittæ complicata, aptatis insuper pennis, ad constitutum locum cum sagitta mittebatur. *f* Huc pertinet Cleonymi Lacedæmoniorum regis
- y I. Ratio.**
- \*\* Commissis.**
- c3. Ratio.**
- d. Membris.**
- e. I. Ratio.**
- f2. Ratio.**

regis exemplum: Hic Træzenem urbem ob-  
sidens, ad multas vrbis partes vndique expe-  
ditos jaculatores dispositos mittere sagittas  
jussit eis inscribens: VENIO UT CIVITATEM  
IN LIBERTATEM ASSEGRAM. Vnde evenit,  
ut appositis scalis concendens exercitus mœ-  
nia, civitatem everteret, & diriperet. g Cæsar 1. Ratio.

verò audiens Ciceronem à Gallis obsecrum op-  
pugnationem ferre diutius non posse, militem  
misit, qui noctu epistolam jaculo alligatam su-  
præ murum emitteret, quod cum is fecisset, re-  
pertam epistolam cum sagitta ad Ciceronem  
custodes attulerunt, in ea hæc verba notaban-  
tur: CÆSAR CICERONI FIDUCIAM OPTAT.  
EXPECTA AVXILLVM. sic repente Cæsar ve-  
nit, & intercisa oppugnatione hostes repulit.

b Sed ut id per aves præstari possit, proderit co- b 2. Membra. De his colum-  
lumbas, hirundines, vel alias hujusmodi aves bis 10. Mento-  
domesticas habere, hæc siquidem aliò, quoties nillatus seu  
neceesse fit, translatæ, suspensis collo literis, vel Mædenillamus  
pedibus annexis internuncię revertuntur, & ad ut alii vocant  
cognata devolabunt. i His nuncijs cum celeri- in descript. Iti-  
ter aliquid significandū erat, interdū vetustas neris seu pere-  
vsæ est. k Hircius consul, Frontino teste, ad De- grinationis ori-  
cimum Brutum, qui Mutinæ ab Antonio obsi- entalis li. 1. ca.  
debatur, columbas diu tenebris inclusas, fame- i 1. Columbe.  
que affectas è propinquiori, quatenus poterat, k Exemplum.  
mœnibus loco emittebat, illæ lucis & cibi avi-  
dæ altissimis ædificiorum partibus evolantes  
insidebant, easque Brutus excipiebat, sicque  
de rebus gestis certior fiebat, quare disposito  
semper locis ijsdem cibo revocabat eas. Hinc

M

Plinius:

• Plinius : Nil vallum & vigil obsidio, atq; retia amne prætenta profuere Antonio per cœlum   
 11. Et exemplum, cuncte nuncio. / Ea ratione uno eodemque die ex Olympia Aeginæ Thaurosthenis victoria ipsius parenti nunciata est, quamvis alij per spectrum esse cum afferant: alij etiam aliter Thaurosthenæ, cum proficeretur, columbam à pullis adhuc madidis & involucribus abduxisse, eamque, cum vicisset, pupura amictam remisisse, quæ summa cum festinatione ad pullos properans eodem die è Pisa in Aeginam advolavit, cuius rei AElianus autor est. m Nec defunt, qui id hirundinibus quæsiverunt, ut è nidis abductas pullis reliquis ad domestica remitterent. n Afferunt etiam honnulli trans mare ad ortum columbas esse, quæ per medios hostes interclusa via nunciorum officio fungentes, dominorum literas sub alis brevi tempore longissimè deportent. Quod fortasse Iuvensis sensit, cum diceret.

*... tanquam é diversis partibus orbis*

*Anxia precipiti venisset epistola penna.*

• 12. Cestius. o Memoriæ etiam in vetustissimis historiarum monumentis proditum est, AEgyptium regem fuisse Mharrhem nomine, qui cornicem mité ac omnino cicurem educaverat, qua pterophori, & cursoris vice, quoties aliquid nunciandum erat, vtebatur, ea siquidem ceu planè rationis compos epistolam gestans, quò opus erat transvolabat, callide noscens, quò dirigendus impetus, ubi insidendum, & interdum quiescendum foret. p Hæc humanum ingenium ad caven-

p Antistrategema.

ad cavenda pericula sibi solertiùs quæsivit: sed eadem ingenij calliditate, quasi suis semet telis confodiens irritatur. Oppugnante Christiano exercitu Ptolemaidem, cum in hunc modum nunciam columbam obsesis Saladinus destinasset, hortatus ut firmo animo forent, sperata sui adventus festinatione, ea à nostris intercepta est, contrario alligato nuncio dimissa, unde evenit, ut desperato illi auxilio nihil amplius expectarent, sui ditionem facerent, ut nullo modo in rebus humanis securitatem, sed fraudem esse posse existimarent. Hactenus huius voluminis materiam utcunq; pertractavimus, nonnulla, quæ ad eam rem pertinere videbantur, fortasse ex industria omisimus: alia ad hæc referri possunt, quæ si non proveatis satis erunt: postmodum fortasse plura dabitur. Siquidem hæc nunc rudibus, & omnino imperitis scripsimus.

Nunc ad tertium volumen transseamus.

*Finit libri secundi.*



M 2

IOAN,

IOAN. BAPTISTÆ  
PORTÆ NEAPOLITANI DE  
Occvltis Literarv<sup>m</sup>  
Notis.

## LIBER TERTIVS.

## PROEMIUM.

• Translatio.

• Objectio.

• Concessio.

• Ratio.

Exemplum.

1. scribendi normam dictiones ex arbitrio ad significandas literas configat, vel res per diversa vocabula significaverit, quorum nisi inter-



Vnc <sup>a</sup> ad alteram & difficilimā operis partem accingamur, de interprete instituendo, vt, q̄ solus de toto opere videtur esse reliquum, hoc volumine prosequamur. <sup>b</sup> Sed jam audio dicet aliquis: Vnde novus hic Apollo, vel Oedipus, qui occultā animi sensa, & enodare enigmata profiteatur, emicuit? Divini potius, quām humani est ingenij hominis interna perscrutari, parumq; ferè inter Deum, hominemque distaret, si occlusas anjnorū cogitationes intellectus assequeretur humanus. <sup>c</sup> Ingenuè fateor multa esse posse furtiva scripta, quæ se interpretaturum quemquam polliceri, furorem ac delirium planè existimarem. <sup>d</sup> Quotus enim quisque erit, qui hoc innumeris penè dolis, ac infinita scribendi multitudine citra insaniam jactare audeat? vt orthographiæ ratio observari non queat, latentem aliquo modo sensum possit eruere? <sup>e</sup> huiusmodi erit, si quis præter

pres ab autore fuisse admonitus, nullo modo sensus haberi potuisset, quā obscuritatem nonnullæ Ciceronis ad Atticum epistolaæ habent: id genus erit etiam si uno charactere exprimatur, & alia complura, quæ nō nisi Deo opt. max. interprete, qui se intimis animorum recessibus insinuat, videntur indigere. *f* Quare ijs omissis, f Authoris insitutum.  
 eanostantum interpretari hoc volumine pollicemur, in quibus ratio literarum, & syllabarum contextus aliquo modo possit observari, quorum complura genera esse possunt, verū nos ex ijs, quæ crebrioris usus, & præcipua vi-debuntur, etiā solitis perplexa involucris prosequemur, tūm ad latinam, tūm ad vernaculam linguam, quò commodius fieri poterit accommodabimus, quorum ratione cognita, lector similitudine quadam ductus, reliquorum facile possit cognitionem aucupari. Sed antequā eorum tractationem aggrediamur, qualis absolutus interpres esse debeat, & quæ cum primò scire deceat explicemus.

## C A P V T . I

*Notarum interpretem qualem esse conveniat.*

P Oscit itaque locus, ut boni & absoluti in- Quemam in  
interpretate hu-  
ius generis scri-  
ptorum sequi-  
tiantur.  
 terpretis conditiones doceamus, vt statim cognoscatur, qui earum omnino expers sit, ad hoc non facile perferti, & proinde quò magis ijs erit innixus, eò dexterius & felicius in hac doctrina profecturus. *b* In primis itaque acutissimum cum natura esse expedit, vt si ingenij præstantia multum in universis disciplinis ad-

M ; ferat

• ferat adjumenti, in hac præcipue arte suas vites natura possit ostentare, ut quod proverbij loco usurpatur, Quemadmodum aurum igni probatur: sic in mathematicis disciplinis ingeniū experiri, id aptius ad hanc disciplinam transferri videatur. c Singulari præterea quadam animi calliditate & solertia præditum esse convenit, & omnis prorsus negligentiaz expertem, ut vafrum animū per inimicas insidias & fraudes possit circumagere, dolos perscrutari, ijs obviare, & omni demum ingenij vigilantia adversos à se conatus amovere. Ipsa siquidem disciplina non modica ingenij præstantia videot indigere. Quapropter verè liberi & perspicacis ingenij hanc facultatem semper esse existimavi, & eorum, qui ea delectantur, soleo præcateris acumen admirati, & verè ingeniosos appellare, vt ad omnes disciplinas facile idoneos esse existimem.

*d. Peritia multarum artium.* d Talem itaque eum naturā esse convenit, arte vero non minus instrum̄, & primum in multarum rerum, utpote armorum, negotiorum, & militaris præsertim scientiaz peritia versatum, vt hostium inimicorumque astus percallere, & evitare non incommodè possit.

*e. Linguarum multarum cognitio.* e Ad hæc accedet multarum linguarum peritia, earum præsertim, quæ magis in usu esse solent, & quarū cum gentibus commercium nobis esse possit, vt cuiusvis id genus

*f. Grammaticæ paritatem.* f Præterea orthographiaz, literarum, syllabarum, & contextus orationis nequaquam expertem esse convenit, quod in primis solet esse necessarium;

rium. *g* In orthographia loquor de exquisita, *g* **Correctio. L.**  
 & absoluta scribendi ratione, tametsi non adeò  
 orthographiæ confidendum sit, vt non debeat  
 experiri, vtrum illa sit omissa, quod ex indu-  
 stria posset evenire. At si multas exquisitè lin-  
 guas percallere nimis arduum videretur, lati-  
 nis saltem literis sit instructus, tūm quod ea  
 lingua vtcunque adeò hac tempestate commu-  
 nis est, vt ferè non minus vositata, quam omni-  
 bus vernacula sit, tūm quod ea commodius ad  
 cautionem admittitur. Sunt & alia fortasse,  
 quorum non ignarum eum esse expediat, pro  
 rerum varietate, quæ possent evenire. *h* Sed ad <sup>h. 6. Intelligen-</sup>  
 hæc postremò additur peculiaris nostri operis <sup>tia huius artis</sup>  
 us, vt qua cura & diligentia is in scripti inter- <sup>seu horum li-</sup>  
 pretatione esse debeat, & se quo pacto in opere <sup>brorum.</sup>  
 moderetur intelligat. *i* Circa hæc mens & cu. <sup>i. 7. Cura & at-</sup>  
 ra nequaquam oscitantis quæritur, vt obiter <sup>tentio animi.</sup>  
 scripti dolus expendatur, sed maxima attentio,  
 summaque diligentia, vt animus ab omni cura  
 & cogitatione vacuus, omnibus postpositis in  
 ea solum re indaganda elaboret, vt omnem co-  
 natum constituat: *k* non tamen si res intensio- *k. Correctio.*  
 rem aliquando curam, & tempus exposcit, con-  
 tinuanda attentio, & in ea mens nimis anxiè  
 torquenda: *l* Nimia enim diligentia, & diutur- *l. Ratio.*  
 nus mentis labor stuporem ingerit, vt minus  
 postea ad hæc ingeniu habile sit, & nihil profi-  
 ciat. *m* Morbos præterea maximè conciliat, & *m. 2. Rasio,*  
 maior s̄pēdūmero ex mētis conatib. c̄gritudo,  
 quam excorporis laboribus solet provenire, vt  
 mihi, si quādo in p̄plexiores notas incidebā.

interpretandi s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> contigit: cui toto ferè die  
in his consumpto, vix septima vel octava hora  
præterisse videbatur, vt vesperam non nisi per  
tenebras, & luminis abscessum cognoscere,  
vnde interdū in longa mentis attentione, quasi  
apoplexia correptus stupidus & immobilis, uti  
Diogenes fixis oculis Solem contemplans, vi-  
debar permaneret: quare labor erit in aliud  
tempus differendus, vt res successivis horis cō-  
modè pro negotijs oportunitate peragatur. **¶**  
Verū in his doli species attendenda. Nisi ete-  
nim ea cognoscatur, frustrà de cætero labor in-  
sumitur, cum ignorato occultationis artificio,  
nullo modo rei occulte velamentum possit au-  
ferri, sumpto à Medicis exemplo, à quibus nisi  
morbī causa primum perspecta sit, ē gro corpo-  
ri frustrà subvenitur. **o** Vnde nobis etiam de  
doli specie cognoscenda, legitimas visum est  
suis in locis hoc volumine observationes tra-  
dere, ex quibus proprios agnoscendi cuiusque  
doli modos interpres aucupetur: neq; id con-  
temnendū aliquo pacto duximus, in quo ma-  
jorem difficultatis partem positam esse perspe-  
ximus. **p** Cognita itaque velamenti specie, om-  
ni animi mode ratione & conatu elaborabit, vt  
abstrusus omnino sensus referetur, nec prius  
quiescat, quin verò ē latebris dolo eruto, ini-  
micos conatus irritaverit, vt de eo in posterum  
sibi tutò consultum esse persentiat. Locus po-  
stulabat, vt aliquot literarum discriminas succe-  
derent: Sed quoniam instant nonnulla adhuc  
de interprete dicenda, eā primum prosequa-  
mur.

CAPUT

• Doli species  
primo omniū  
investiganda.

• Observatio-  
nes eā ad rem  
pertinentes.

• Abstrusi sen-  
sus investiga-  
tio.

## C A P V T I·I.

*Quæ novissime interpretem conveniat, antequam ad scripti interpretationem accedat.*

**F**Vrtivi scripti interpretandi regulas tradituro, operæ pretium videtur à rudimentis, quæ ad id aditum præstant, & multū conferre videntur, non tamen omnino necessaria auspicari, ut nihil, quod ad optimi interpretis institutionem spectare possit, omissum esse videatur. **a** Primum itaq; proficiet idiomatis scripti notitiam habere. Diversis enim modis omnes loquuntur, & scriptum contexunt, eadem res etenim apud Hispanos, Germanos, Italos, & alios pro locorum longinquitate, aliter atque aliter vocitatur, ut illos hi, hos illi non intelligent, unde nō ipsa modò locutio longè alia est, verùm sàpè etiam scribendi ratio multū varia. Diversè enim Germani, Itali, & Hispani scribunt, quemadmodum loquuntur, & pronunciant, quibus enim diversus est sermo, pronunciatio pariter & scriptura necesse est sit diversa. Nam si Hetrusci, Hispani, vel Germani verba pronunciant, nos qui Neapolitani sumus auditæ reddere velimus, quantū bone Deus discriminis inter nostram & eorū prolationem esse videbitur, ut etiam sàpissimè vix magno cum labore aliena verba pronunciemus, nescio quo patrij sermonis spiritu difficultatem ingerente, ita ut suus cuiq; sermo à natura largitus esse videatur. Dalmatæ Vante L syllabā inchoante, ut **V L A D I S L A V S** unico spiritu pronunciant.

M s      quod

4.1. Idiomatis  
investigatio.

quod à nobis, nisi absoluta idiomatis cognitio  
habeatur, neque proferri rectè, neque scribi  
poterit Germani eandem literam V geminant.  
Hispani verò in dictionum calce sàpissimè S  
pronunciant, ut ferè eorum verbum non repe-  
rias, quin ea litera occurrat. Appuli ita pronun-  
ciant, ut multorum verborum initio SC loco I  
prænotent: si enim I O A N N E M proferre velint,  
perinde proferunt, ac si S C I O A N N E M scri-  
berent, & pro I R B S C I R E. Neq; solum exter-  
nationes, utpote quas magna longinquitas di-  
sternat, sed vicinę & agnatę, sermone, prola-  
tione, & scripture inter se differunt; sic sua cujq;  
populo locutio, suusq; struendarum syllabarū  
ordo & compositio est. Nam ut de cognatis &  
affinibus vocabulis loquamur, quod Itali,  
quemadmodum Latini AVDÌ dicunt, Floren-  
tini O D I, AV in O converso pronunciant, Ve-  
neti vero V in L commutato: sic & de alijs in-  
numeris. Suntque dictiones & nomina fami-  
liaria apud multos ex parte diversa & corrupta.  
Siculi I A C O B V M diminutivè I A C O P E L V M,  
I O S E P H V M S E P P E M, & H I E R O N Y M V M  
M o m m v m dicunt, & apud alias gentes huius-  
modi mille talia, quæ non sine obscenitate  
vero ac literato sermone proferuntur: fitque  
sàpenumérò, ut in uno vocabulo, quod apud  
diversas nationes commune sit, diversus sonus  
pro gentium varietate reperiatur. Hæc noster  
Pontanus notat, nos ut ostenderemus pro ra-  
tionum, & populorum diversitatibus locutio-  
nes etiam variari, ipsamque literarum potesta-  
tem &

tem & ordinem aliter, atque aliter se habere, hæc apposuimus. Neque solum id in diversis nationibus & populis fieri mos est, sed etiam apud eosdem in diversis æstatibus & temporibus successivè non soni modo & scripturæ, sed etiam vocabula permutantur. Quare nisi etiam interpres cognito idiomate uti tūm in loquendo, tūm in scribendo possit, nequaquam scripti poterit sensum elicere, eo enim ignorantie facilius scripti interpretatione frustrabitur. *b* Nam præterea profuturum censeo, si eius scripsferit, non solum de moribus, sed etiam de nomine cognitione habeatur: nam si sagax, ingenio pollens, & in hac versat disciplina sit. *p. 21. 10* altius ad interpretationem exordiendū. *men.* tis acies erigenda, & subtiliori via, ut mos est, occulti scripti sensus indagandus: at contra, si ruditis ingenij, & hebetis fuerit, contemptis orthographiæ præceptis leviori animo, & mente remissiori procedendū, unde si hominis disciplinam, mores, verba, nomina, & loquendi formulæ illi peculiares, occultandiq; sensus modum omnem; etiam scribendi ingenium interpres agnoscat, non parum profuturum puto. Sæpè enim fieri solet, ut ingeniosi alicuius scriptum segnis & oscitantis existimatum interpretantis conatum facile frustretur: quemadmodum & ex adverso, si ingeniosi & subtilis illud putemus, quod ab homine socordi, & rudi perfectum sit. Quare non parum expediet scribentis ingenii cognosci, ut facilius eruditus, an inconditus scripti sensus sit intelligatur.

*c Si*

c 3. Cognitio  
nominis scri-  
ptoris.

d 4. Rei de qua  
scribitur noti-  
tia.

  
• Ratio.

f Exemplum.

c Si de eius nomine cognitio habeatur, suo lo-  
co requirendū, si habebitur, ex eius notis cha-  
racteribus facilius de reliquo scripto notitiam  
venabitur. d Ad hæc tractatæ rei & cognitio  
accedit, quam & habere multum intererit,  
eamque poterit tūm ex scribentis, tūm eius ad  
quem scribitur negotijs, vel utriusque com-  
mercio nancisci. e Ratio est, quod cognita ma-  
teria, facilimè communia verba, quæ ad eam  
rem spectant interpres poterit coniçere, quod  
pro uno quoque eorum locorum verbo ex cha-  
racterum numero, similitudine, & dissimilitu-  
dine in suis locis observata, non multo cum la-  
bore cognoscetur: fietque interdum, ut una  
agnita syllaba, ne dicam verbo, de cætero parū  
negotij futurum sit. Nam totius inde scripti ex  
earum literarū proditione in alijs verbis dolus  
detegetur. f Exempli causa si de bello res agi-  
tur, literarum numerus eius verbi, vel aliorum  
ad eandem rem facientium quæretur, quod si  
eiusmodi verbum haberi possit, in quo eadem  
litera geminetur, commodius id esse poterit,  
observato repetitæ literæ ordine, ut res certior  
interpretationis non frustratæ securitatē præ-  
stet, quæ geminatio si plurimum literarū fuerit,  
eò magis proderit. Verum literarum numerus  
in latino scripto circa casuum flexū variandus  
est: In unaquaque materia plura erunt verba  
communia, quæ eam quasi necessariò conse-  
quuntur, ut in amore. AMOR, COR, IGNIS,  
FLAMMA, VRI, VITA, MORS, MISERATIO,  
& SÆVITIA, locū habent: & in bello MILES,

Dvx,

DUX, IMPERATOR, CASTRA, ARMA, PUGNARE, & huiusmodi reliqua. Huc accendent & rerum deflexa vocabula, & horum unum cognitum verbum non multo cum labore multorum postmodum verborum, & totius denique scripti notitiam referare poterit, eoque modo praeter tabularum rationem, vocalium & consonantium discretionem, & alia interpretatio laborem adimere poterit. *g* Non parum insuper expediet, nuncium autoris, vel periti notarij manu perscriptum esse: nam si vel interpretus perperam transcriptus, vel ab aliquo, qui notandi rationem ignoraverit profectus sit, facilè fiet, ut turbato scripto omnis interpretandi via obstruatur, siquidem si characteres omisi sint, vel transpositi, vel commutati, puncta præterea non ritè disposita, vel commutata, vel relicta verborum intervalla, vel eorum partes interpositis spacijs discretæ, vel alio quovis modo dolus permutatus, interpretem is non parù perturbabit, ut interdum facilè decipiat. Ut igitur rem paucis colligam, idiomatis scribentis, & eius ad quem scribitur, & materiæ de qua agitur notitiam, & emendatam scripturam ad interpretationem non parum posse adiuvare dicimus, licet ea, ut dictum est, non sint omnino necessaria, sed ad commodum maximè conferre. Sunt & alia, quæ etiam interpretem præstaret agnoscere, quæ, ne sermo prolixior sit, omittimus.

*g s. Ipsius Autographi inspectio scripturave solers & emendata.*

CAPUT

## C A P V T III.

*Distincta literarum nomina, quibus  
se penumerò suis oportunè locis uti  
debemus.*

**P**rimùm itaque literarum discrimina statuemus, & nova quædam ijs indita nomina declarabimus, quibus sàpè in scriptis perscrutandis utemur: cum enim nova essent, quæ scribenda erant, novis etiam vocabulis appellanda esse visa sunt; hæc tamen obiter percurremus, nam de literis subtilius disputare, alterius esset facultatis & temporis, ne de furtivis literarum notis interpretandis præcepta tradens, grammaticam videar profiteri. De literis tractaturi: *a* Literam compositæ vocis partem minimam vocabimus, ut A, B, C. Nec me aliquis incuset, si literæ vocabulo interdum pro elementum abutat, cum illud apud vetustissimos rei grammaticæ scriptores usitatum videam, & indifferenter positum: Vnde dari mihi volo, ut literam & elementam, cum sàpè in dicendo res significanda occurrat, utroque modo dicere liceat. Ut itaque, unde digressus sum, redeam: *c* Literæ, quibus in scribendo utimur sunt una & viginti. ABCDEFGHI LMNOPQRSTVXZ. Sed H potius aspirationis nota est, quam litera. Reijcimus K à prioribus & nostris iamdudum relegatū, nam ut Diomedes ait, uti supervacua utimur, & in scribendis tantum Kalendis vetustissimos latinos usos comperio, eam Saulius magister primus

*a* Litera quid.

*b* Elementum.

*c* Numerus literarum.

primus romanis literis adiecit, ut in sono duarum literarum H & Q discretionem faceret. Quod si nonnullorum sententię fides habenda est, nullus apud nos usus esse debet: cum in latinis dictionibus omnino careamus. Quod si eam græcorum verborum usus interdum admittit eam satius est græcis literis annotari. Q. nonnulli eximunt numero literarum, caque de causa non utendum censem, quod sequens V ostendat, ante aliam vocalem in eadē syllaba positam. Græcum quoque Y è nostris expungimus cum satis sit notarijs eius sonū exempli per I, sonus enim utriusque characteri communis est. X & Z idè ponimus, quod apud latinos illud, hoc apud vulgares frequentioris usus esse solet: nos quia de utroq; sermone verba facimus, eorum duimus meminisse deberemus. Sed his, ceterisq; grammaticorū controversijs, si quæ sunt, reiectis, quia videntur ad suscepti operis propositum parum pertinere, ad explicandam nostrarum literarum partitionem veniamus. a Literarum dividis.

in consonantes & vocales dividimus. Vocales quinq; sunt, A, E, I, O, V, quæ sic dicuntur, quod plenam, absolutamq; vocem habeant: reliquæ verò omnes consonantes, ita di&te, quod cum vocalibus sonent, ac per se nequeant voces proferre. b Has rursus omnes, excepta Z, in semivocales & mutas dividemus: Semivocales sunt septem F L M N R S X, hæ omnes à vocali incipiunt, & in se terminantur; sed ut plerisque latinorum placuit F muta potius, quam

b. i. Consonantium dividis.  
quoad enuntiationem;

• quam semivocalis est: id nostra patum referre judico. Mutæ autem, quæ à se incipientes in vocales terminantur, sunt septē BCDGPQT, & dicuntur mutæ, quod exiguum vocem habent, mutorum sonum videantur imitari. E semivocalibus liquidæ sunt quatuor LMNR; sed de his haec tenus. Nunc autem ad rem redeamus. c Consonantum aliquæ geminantur, aliquæ simplices ponuntur. Quæ in syllabarum nexu sibi succedere possunt, hæ sunt: BCD FGLMNPRST & Z, sed ultima in vulgari sermone geminatur. Quæ sibi non succedunt HQX sunt. d Rursus consonantium aliquæ in finibus, aliquæ verò in initijs & medijs. Finales hæ BCDLMNRSTX esse cum vocalibus, reliquæ reliquis locis constitui possunt. e Aliam præterea consonantum divisionem assignando, in duas partes dividemus. Videlicet in frequentes & raras, harum tamen aliquæ magis & minus frequëtes, sic magis & minus raræ sunt. Frequentes nominamus, quod frequentius, raras verò, quod parcus in scriptis soleant evenire. Frequentes sunt CFMN, frequentiores LRST, raræ DGHP, rarissimæ BQXZ. Sed ne me aliquis dictis carpat, quod rarissimas eas vocaverim, quæ crebrius aliquo in scripto interveniunt, vel ex adverso. f Literas frequentiores & ratores esse dicam, vel sui natura, vel aliunde. Ex sui natura, cum plerunque vel raro in scripto soleant occurrere. Extrinsecus verò cum aliquis continetur sermo in epistola, ut pote de AMORE, ubi AFFECTIO, VAH, HEV, & iis si-

c. 2. Quoad co-pulationem.

d. 3. Quoad collocationem in dictionibus.

e. 4. Quoad usum.

f. Quartæ hu-  
lii divisionis.  
πεποιητοις.

& ijs similia repeti op̄ortet. Etenim si id evenit, non ex hoc F & H frequentissimas esse colligitur. Sermo enim in epistola contentus aliquando frequentissimas rarissimas, & rarissimas frequentissimas faciet. Drara esse solet & interdum s̄pē in sc̄ipto reperitur, ut in

*Dives Druse dābus dōmibus dōnaria dīvū.*

**Quemādmodum T in vulgatis Versibus.**

*O Tite, tute tati tibi tanta tyranne tulisti.*

*Et tuba terribili tonitru taratantara trufit.*

Sed quoniam satis elementorum tractationi fortasse tribuimus, nunc reliqua, quae ad com̄modo interpretandum spectant, prosequamur.

### C A P V T I I I I .

*Simplex commutata figure modus  
quomodo deprehendatur.*

**D**Vplex occultandi scripti genus esse proāximo volumine indicavimus, alterū quod adhibitā diligentia, & certa ratione potest interpretari: alterum quod Apolline solum enigmatum autore, ne dicam Deo opt. max. interprete videtur iudicare. Quare hāc parte intermissa, illam prosequamur. Rationē autem, quae in transponendis characteribus consistit, non esset inopportunū prætermittere, tūm quia ijs, qui se ex alicuius operis præceptionibꝫ in alijs scripturæ involuctis exercuerint, facilior videatur, quā ut demonstratione opus sit: tūm etiam quia in libera hominum transponendi scripti voluntate minime certa ratio tradi posset.

**N** *Verum*

a 1. **Quomodo** a Verùm he rem omnino intactam relinquat-  
simplex litera-  
rū transpositio-  
deprehēdatur. experiatur, an eo dolo charta coniecta sit. Cha-  
racterum itaq; contextus per omnem ordinem  
requiratur, modò in tertij, modò in quartis  
quibusque literis, vel alio ordine, modò à dex-  
tro in sinistrū, modò à sinistro in dextrū, modò  
in secunda linea, modò in tertia & quarta, vel  
aliter, modò in versuum initio, modò in fine

\* Lib. 2. cap. 2. (quemadmodū alio \* volumine suo loco signi-  
ficatum est) donec unius tantum verbi notitia  
eruatur: quod ubi feliciter tentatum videbitur,  
pari ratione & ordine servato, si eiusmodi solus

b Quomodo  
simplex signi-  
ficationum seu no-  
tarum modus  
deprehēdatur  
de quo in lib.  
2. cap. 5. & 6.

sit, in cæterum procedi poterit. b Hæc ad eam  
fraudem detegendam talis occulti scripti satis  
esse videntur. Proximum est ut de agnoscenda  
simplici permutationi characteris occultatione  
modos præbeamus. Notarum itaque numerus,  
series, seu contextus, scripti partes discretæ, &  
characteres in fine collocati indicia præbe-  
bunt. c Characteres itaque diversi primum di-  
stinctè numerabuntur, eos non plures viginti  
uno, vel ad summū duobus & viginti esse oportet,  
nam si plures sint, dolus erit obscurior, &  
adiectionis & ociosos esse cognoscemus: minor  
numerus diffiniri non potest, siquidem nota-  
rius obscuritatis causa facile in scripto potest  
paucioribus uti literis. Iis prætermisso, quas

d 2. Vocalium  
investigatio. rariores & minus crebras esse diximus, & tūm  
literarum contextum observabimus, quæ pau-  
ciores characterum formæ quinarium non ex-  
cedentes, crebrius interveniant, ita ut nulla sit  
dictio,

dictio, in qua unus ex illis character non incidat. e Scripti præterea discretio huius generis etiam poterit admonere, dum scripti partes disiunguntur, ubi recte, an perperam illæ discretæ sint, finalium literarum numerus indicabit, quas proximo capite recensuimus: nam si eiusmodi literæ scriptum terminantes plures erunt, quam dictum est, argumentum alterius immixtæ fraudis habebimus. f Verùm quia characteres pauciores esse posse diximus, operæ pretium est videre, si numerus diminutus sit, quænam literæ ademptæ sint: ratio itaque hæc est. Si literæ una & viginti sint (ut à maiori numero fiat detractio) Y fuisse sublatam agnoscemus, si viginti X, si undeviginti Z, si duodeviginti Q; si decem & Septem B, si sexdecim G, sic & de reliquis servato literarum ordine, quas vel minus, vel magis raras appellavimus, ut altera alteri succedat. g Verùm ne quis interdum frustrè re tentata me in hoc fortasse vanū appelleat, hoc quemlibet admonitum volo, me de re tam implicata, præsertim autorem qui neminē habuerim, quem sequi potuerim, præceptiones eas tradidisse, quæ & plerunque sic soleant evenire, & sic natura esse demonstrantur: unde res ex conie& turis ducenda fuit; alioquin non infior fieri, ut interdum res aliter, quam ex præceptiones admonent, possit evenire. Verùm in nihilo vanum deprehendi, divini potius, quam humani esset ingenij. Hoc nolui prætermissem: rem de cætero plerunque sic se habere benignus lector intelligat.

N 2 CAPUT

## CAPUT V.

*Consonantes quot modis in simplici permūtati characteris scripto à vocalibus dignoscantur.*

**Q**uemadmodum igitur pueris, ut legere discant, elementa primum dignosci oportet, mox syllabas connecti, deinde verba colligi: pari ordinis ratione interpretem procedere necesse est. Quare oportunum erit à præmissis, hoc est à consonantium, & vocalium investigatione ad earum potestatem indagandam pertransire, ut ubinam eas inquire oporteat ostendam. At quia contexta & par utriusque investigandi ratio est, altero enim cognito statim alterum innoscit: ideo earum inter se discrimen primùm visum est hoc capite comprehendere. **a** Accurata itaque debemus diligentia circa hæc consistere, ut rectè scrutari & secernere discamus, omnē enim de hac re præceptionem super his constituimus, totaq; nostra hic innititur cognitio, ut si in his initio hallucinamur, statim in ipso limine cogamur deficere, tūm postmodū errore excrescente, ut de implicata interpretandi ratione omnino desperandum, vel in ea maximè elaborandum sit: error enim, qui initio fit, deterior, quam qui in progressu esse solet. Diligentius ergò interpretationem initio perpendat. Sed earum distinguendi rationes plures sunt. Nemini itaque dubium est \*literarum ex notis vocalium & consonantium constare: sicque consonantes vocalibus inniti,

**Commenda-**  
tio huius inve-  
stigationis.

\* Literas.

inniti, ut literarum nexus aliter effici non possit. Nam sicut membra absque nervis nequeunt ad sistere: pari modo sine vocalibus consonantes constare non possunt. Vocales enim spiritus vim obtinent, & consonantibus sonum impertunt. Cum ergo ita socientur, si alteras noverimus, alteras etiam statim cognosci oportebit.

*b. 1. Ratio:*

Prima igitur ratio est, ut toto orationis ambitu, literæ, quæ frequentissime occurrant videantur, quæ si numero quinque sint, observemus, & sic frequentes erunt, ut nulla dictio sit, in qua magis, vel minus crebro pro literarum numero reponantur, etiismodi notas vocales esse cognoscemus. Cæterum positionis ordo erit, ut vel syllabam præcedant, vel primam literam sequantur, vel secundæ succedant, vel tertiaz, rarissimè & ferè nunquam quartæ, ut sit in ERICHTONIVS & ABSTRVS. Quod si sermo vulgaris, & Italicus erit, nqvissimos dictionum characteres, præsertim in soluta oratione, vocales esse admonebimur.

*c. 2. Ratio.*

Possimus & alia ratione eas literas venari: nempe si ea quæ siverimus elementa quæ rarissimè in scripto reponuntur, quas vix tertio, vel quarto quoque versu repetitas offendemus, eas consonantes has Q X Z esse cognoscemus, et enim quoties obviaverint, vocalium sequentiam nuncia bunt. Hoc etiam plerunque H præstabit, quo fiet, ut ex harum ductu, illarum sequelam nanciscamur, vel è converso.

*d. 3. Ratio:*

Tertius modus erit, ut disiunctos & singulares characteres observemus, qui dictionem

N 3      consti-

constituant, eos enim vocales has AEIO esse  
necessae est, quæ quatuor erunt, ut sit in latino  
sermone in A' IOVE PRINCIPIVM, in E' PA-  
TRIA EX TORREM, in I' SEQVERE ITALIAM,  
& in O' V'RINAM. e Quartus erit, ut adver-  
tamus an eadem characterum formæ dictiones  
vel inchoent vel terminent, eas enim procul  
dubio vocales esse dicemus: nunquam enim sit,  
ut dictio à geminis ijsdem consonantibus in-  
choetur, vel in easdem geminatas desinat: ut  
sit in VVLTVS, & IIDEM, & IVDICII, &  
EOO, & huiusmodi alijs. f Quod vero in dictio-  
ne VVLTIS utramque VV vocalem appella-  
mus, velim lector intelligat (ut saepius dictum  
est) à nobis huius disciplinæ causa orthogra-  
phiam contemni. Neque enim, quamvis alio ea  
litera fungatur munere, curamus propterea  
nomen permutare: Sed hinc germanicum idio-  
ma, & barbara alia excludi censemus, in quibus  
sit interdum, ut eadem consonantes dictionis  
initium faciant & finem. g Ad hæc quintaratio  
accedit, ut si in media dictione geminatas lite-  
ras coniungividebimus, inde præcedentem, &  
subsequentem characterem vocales esse colli-  
gamus, quod ferè nunquam decipiet, ut sit in

## f Exclusio.

ACCOMODO, & OCCVRRO: h Infirmatur  
aliquando regula sequente H, L, & R, ut sit in  
BACCHVS, & AGGLVTINO, & ATTRITVS,  
sed hoc raro evenit. i Poterunt tamen geminati  
& simul positi characteres vocales esse, quod  
ex præcedentibus, vel subsequentibus non erit  
difficile deprehendi, ut sit in CONIICIO &

## k 1. Exceptio.

DRESSS.

## k 2. Exceptio.

**D**E E S S E . & sic literas utrinque positas consonantes esse deprehendemus. & Hoc tamen novissime præstabit inter duas similes characterū formas dissimilem unam inspicere : fit etenim plerunque , ut similes utrinque positæ, vocales sint, ut in *M I S E R E R E*. *l* Licet interdum etiam character dissimilis interpositus vocalis fit, ut *I V I M V S*. Frustratur tamen etiamnum regula, fitq; ut tres characteres consonantes sint, ut in *I N I T E*, hoc tamen rariùs evenit. Vnde regula minimè contemnenda est; tametsi incidat, ut aliquando locum non habeat: Nullæ enim ferè de re aliqua præceptiones afferri possunt, quæ interdum non frustrentur: neque generalia per particularia debent infirmari. Sufficit namque ut multò frequentius præstent, quam decipi- ant: quod etiam de cætero sentiendum est.

*6. Ratio.**1.**2.**3.**4.**5.**6.**7.*

## C A P V T VI.

*Quot modis distinctas consonantium  
potestates venari possimus.*

**C**onstituto duplici literarum discrimine, *a* *Transitio*, & vocalibus à consonantibus discretis, se- quitur ut distinctas earum potestates aucupe- mur. *b* Sed id ipsum primum in consonantibus *b* *Methodus*. quæremus: *c* tūm quia consonans plerunque *c* *Ratio*, vocali præponi solet, quod quasi natura vide- tur præcedere: tūm quia ex una consonante alterius & consonantis & vocalis notitiam, ut plurimum eius natura edocente, aucupamur: quod ex vocalibus consequi non possumus.

N 4      Quemad-

Quemadmodum enim aliquam consonantem certa vocalis necessariò sequitur, & posito consonantium numero poterit unaquæque diffiniri: observatus enim earum literarum ordo in syllaba, non parum adiuvabit; non fiet par modo, ut vocalis certa consonantum, quæ præcedunt, vel subsequuntur nobis, possit notitiam distinguere. Ut igitur ad institutum accedamus, plures ad hanc rem poterunt præceptiones adiuvare.

*d. I. Præceptu.*

Primùm itaque characterum figuras observari conveniet, quæ frequentiores, quæque minus frequentes in scripto apponantur non ignorare, singularum repetitam positionem numero indicante. Tum admisso literarum ordine, quemadmodum magis vel minus crebrò solent plerunque ex sui natura scripto intervenire, singulæ figuræ distinguuntur: de quibus licet superius facta mentione, non gravabor tamen eas literas iuxta seriem rursus apponere. Ordo igitur se habet huiusmodi. S T R L M N C F P G H D B Q Z X,

quarum unaquæque quanto præcedit, tanto frequentior est. Non inficior tamen secus posse evenire: eaque de causa plures rationes afferuntur, ut si una regula frustretur, alia non decipient, & alia alias sustentent. Quare

*f Exemplum.*

omnes, si erit necesse tentari conveniet. Huius rei fidem faciunt typographi, qui singulorum elementorum typos pro cuiusque usu gradatim magis & minus frequenti, plures & pauciores habent: quod eorum elementorum usus magis & minus crebrò soleat intervenire.

Huius-

Huiusmodi præceptiones remotiores sunt, quām vt certa literarum cognitio haberi pos-  
sit: nunc ad magis propinquiores proximum  
est accedere. *g* Succedit itaque ex consonan-*g 2. Præceptum*  
*tium numero tūm in initijs, & finibus verbo-* *generale.*  
*rum, tūm in ijs medijs, quāz ynaquāque sit co-*  
*gnoscendi modus. Sed vt hoc in initijs pri-*  
*mum exigatur, hæc erit observatio. *h* Dictionis *h 1. Regula.**

principio, vt summum quatuor consonantes  
cohærebunt, vt accidit in *P H T H I S I, P H T H O N-*  
*G O, S P H R A G R I D E* & similibus, minor nu-  
merus non prescribitur: nam tres, duæ, & una  
tantum potest vocalem præcedere. Si quatuor  
itaque vocalem antecedant, plerumque fit, vt  
duplicem, id est secundum & quartum locum  
index aspirationis sortiatur. *i* Nam & illa inter-*Exceptio.*  
dum posita semel, alibi collocatur, vt fit in  
*S P R A G R I D E.* Ea enim interveniente, litera-  
rum numerus augetur, cum scripturæ nihil  
præter sonum, quasi furtim præbeat. *k* Sed cre-*k 2. Regula.*

brius dictionum principijs tres consonantes  
solent cohærere: quarum vt cuiusque potesta-  
tem venemur, hic modus observabitur. Earum  
primam ex his unam esse necesse est CPST. Ha-  
rum enim cōsonantium natura duas alias sub-  
sequi permittit: quarum altera si erit aspiratio,  
vel prius, vel posterius apponitur, vt in *C H L A-*  
*M I S, P H R A S I S, \* T H O R N V S, & \* P H T O L O-* *\* Thronus.*  
*M A V S evenit. At S nullam patitur aspiratio-* *\* Prenutis.*  
*nem statim subsequi vt in S P H A E R A. Quod*  
*si in eo numero nulla fuerit aspiratio: tūm pri-*  
*mam S esse necesse est. Hæc enim semivocalis*

N 5 patitur

patitur mutam primum, deinde liquidam subsequi. Ex multis verò vnam ex his evenire necesse est, BCG, ut S C L O P V S, & S T R A G E S; verum de B & G latinum exemplum nō habetur, ex p̄cipuis duabus liquidis, ut L vel R, ut S C R I B O, S T R A B O, & id genus reliqua. E consonantibus verò h̄a solæ CPTR statim recipiunt aspirationem. Ratio est, quod cæterā natura asperitatem non ferat.

*13. Regula.*

Quod si duas consonantes verborum initia admiserit, ex his singulas primas esse oportet BCDFGPRST, secundas verò LHR, sed earum nexus talis erit: B potest L & R admittere, ut B L A S I V S & B R A C H I V M, C omnes simul, ut C L A R V S, C H R I S I S & C R E D O, D folium R accipiet, ut D R A C O. F L & R, ut F L V M S N, F R A N G O. E aſdem G affimet, ut G L I S C O & G R A T I A. P omnes, ut P I V S P H T I S I S, & P R O B V S. R tantum H excipiet, ut R H E N V S. T H & R accipiet, ut T H A I S, & \* T H R A S O. S verò soli aliæ plerunque consonantes supponuntur, ut T G F & P, ut S T A T V A, S C I P I O, S P H I N X. De F latinum exemplum afferri nullum potest, sed eo sic vernaculi vtuntur. Solent illæ interdum & aliter conneſti, ut B cum D, quemadmodum est B D E L L I V M, & C cum T ut C T E S I A S, M cum N, ut M N E S T H E V S, G cum N ut G N A R V S, C cum N ut C N E V S, sed huiusmodi verborum nexus & si qui sunt id genus alij rariūs \* indicunt.

*\* Tribunus.*

m De simplici consonante convenit dicere omnes posse vocalem statim p̄cedere. G latinus sermo V, quæ p̄git vocali non patitur subsequi, quare V I D O, V E R I N V S, V A L T E R I V S, pro G V I D O, G V B R I N V S, & G V A L T E -

*\* Incidunt.*

*\*\* 4. Regula.*

GUALTERIVS dicitur, quod in patrio sermo-  
ne non servatur. Caput apud latinos aspirationem  
non recipit, sed apud vulgares non excludit. D  
aspirationem nunquam patitur subsequi. <sup>n</sup> De <sup>III. Preceptū</sup>  
consonantibus dictiones inchoantibus satis,  
nunc de alijs quæ in medijs solent occurrere. <sup>o</sup> <sup>1. Regula.</sup>  
In media dictione possunt quatuor simul esse  
consonantes: quod evenit, vel aspiratione, vel  
liquida, ut sit in ERICHTONIVS & ABSTRVSVS.  
p Si verò ternæ fuerint, quod crebrius evenit <sup>pz. Regula.</sup>  
primas aut has S & M semivocales esse oportet,  
aut omnes mutas. Quod si M fuerit, tūm H se-  
qui necesse est, si S eas, quas necessario succe-  
dere superius diximus. Idem & de mutis etiam  
dicendum est: sed hoc erit si eas consonantes  
syllaba simul coire patiatur: alioquin illæ erūt,  
quæ conjungi non possunt, quemadmodum  
BC, & ex adverso consonantes, quæ intra di-  
ctionē in syllaba coeunt eas, esse cognoscimis,  
quæ possunt, & initio syllabam confiscere. q Pri- <sup>qz. Regula.</sup>  
maigitur geminatarum consonantium cogni-  
tio se offert: omnes esse poterunt exceptis his  
HQX & Z, sed hæc postrema in materno ser-  
mone geminatur. Verum si geminatas alia cō-  
sonans consequetur, illam vel alteram ex duq-  
bus liquidis L & R, vel aspirationem esse opor-  
tet, ut sit in AGGLVTINO, AGGREGO, & BAC-  
CHVS. r Terminare verò dictiones tres consa- <sup>r IV. Preceptū.</sup>  
nantes possunt RBS, & OPS, ut VRBS, & STIRPS;  
s sed has tantum dictiones esse comperimus. <sup>s 1. Regula.</sup>  
<sup>s 2. Regula.</sup> Crebrius duæ ut ST, NT, SN, & RS quemadmo-  
dum

et. Regula.

dum fit in E S T, A M A T, A M A N S, & A R S, raro  
in P S, B S, N X, vt S T I R P S, S C O B S S P H I N X.  
¶ Finales vero literae vt dignoscantur, haec apud  
latinos crebriores esse solent D M N R S T: in  
hac etiam nonnunquam desinunt B C L X. De  
vocalibus nihil dicimus, nam omnes ferè di-  
ctiones in eis terminantur. In H terminantes  
dictiones duæ suppetunt latinis A H, & V A H,  
quæ detracto A supersunt de A H A, V A H A.  
Vulgares tamen nostri in vocales plerunque  
dictiones terminant, finales vero consonantes  
paucas habent R L T H. ¶ Possunt & aliæ de  
agnoscendis primis, medijs, & extremis dictio-  
num literis observationes tradi, sed eas tum  
brevitatis causa, tum etiam quia hoc ipsum  
grammaticæ potius, quam nostræ tractationis  
est, omittimus. Haec licet nonnullis levia, &  
parvi momenti videri possint, tamen quia à  
nostro munere nequaquam abhorre visa sunt,  
non duximus omitenda.

## C A P V T VII.

*Quot modis singulas vocalium po-  
tates aucepemur.*

et. Modus.

D Istincta in hunc modum consonantium  
notitia, sequitur mox vt sic vocales co-  
gnoscantur: huius rei modi aliquot afferri pos-  
sunt. ¶ Primus itaque est, vt inde initium, unde  
ante in consonantibus auspicemur. Si earum-  
dem figurarum repetitio observetur, quæ cre-  
brius, quæque minus crebro in scripto repo-  
nantur, illæ ordine sic se habent, vt E frequen-  
tissima

rissima sit, I mox minus frequens, hac rutsus  
rarior O, sic & hac minus frequens A, & V po-  
stea omnium rarissima. Prima vero binæ in  
scripti repetitione tam quasi cognatæ sunt, vt  
vix possint diffiniri vtra crebrior soleat inter-  
venire. Idem & de binis alijs O & A rectè affir-  
mabitur: quod observatis singulis in libris di-  
& ionibus ediscitur; blicet interdum res aliter <sup>b Excep.</sup>  
contingat. Nos enim de eo quod frequentius  
est, non q & aliter interdū fit loquimur. Hoc <sup>c 2. Modus.</sup>  
primum indicio habito, alia deinde observari  
oportebit, vt si duæ similes vocales inchoent, &  
terminent, utramque II esse cognoscamus, vt  
pluralitatem pronominis, quod est, Is innuat,  
<sup>d Quod si</sup> verbi initio eadem figuræ sint appo-  
sitæ, ambas vel I, vel V esse censemus, vt est  
in *VVLTVS*, & *IDEM*, cuius rei certitudinem  
succendentium mox characterum poterit ob-  
servatio confirmare. Duplex enim OO solum  
in dictione *OONA* ( insulæ in septentrionali  
oceano positæ) reperitur. <sup>e</sup> Eiusdem raritatis <sup>e 4. Modus seu</sup>  
erit verbum invenire, quod à triplici vocali ini- <sup>f regula.</sup>  
tum sumet, hoc enim nescio an in aliquo voca-  
bulo, quam in eo, quod est *VVL A* reperitur.  
<sup>f</sup> Hanc præterea vocalem esse cognosces, si eam <sup>f s. Modus.</sup>  
rariorem universo scripto literarum sequi con-  
spexeris, quam Q esse admoneri possumus, illi  
enim semper solet succedere. <sup>g</sup> Plures ad hæc <sup>g Reiectio reli-</sup>  
conjecturæ afferri possunt, sed eas prætermit- <sup>quorum.</sup>  
tere tam parvi refert, quam convenit brevita-  
tem sequi. Neque enim interpretanti obser-  
vare omnia, quæ de his dicta sunt, erit necessa-  
rius.

riūm. Siquidem nimis molestum foret ad h̄z cuncta experiri: vt satius esset in ambiguitate remanere, quām in tanto labore tam anxie torquegi. Ex paucis enim hujusmodi observatiōnibus facile fiet, vt nonnullæ cognitæ literæ, ceterarum nobis (qui emadmodum alibi dictū est) sine regulis cognitionem tradant. Quare omnis labor circa initia vtsabitur. b Verūm nec adeò vni regulæ ad literæ cognitionem fidendū est, vt non debeamus expertiri, an ex alijs eius certitudo confirmetur: alioquin patrum fuisset profuturū multas ad id præceptio-nes tradere, nisi visum esset commodiūs vnam alterius nixu substantari, & vnius certitudinē debere alterius experimento confirmari.

## C A P V T VIII.

*Quomodo traditis regulis uti conveniat:  
tum de eo exemplum.*

a Utilitas huius  
b spitis. **N**VNC quemādmodum ijs regulis vti con-veniat, operæ pretiū est indicate. a Quod non modò superfluum non videtur, verūm etiam maximè vtile, imo verò interdum maximè necessarium. Parum enim esset, quempia præcepta artis, & instrumenta habere nisi eorum etiam vsum percaleat. Neque dubium est eum, qui alicujus rei futurus est artifex, si alium artificem operantem videat, multo faciliūs ea, quæ didicit oculorum sensu, quām ante auditu, & mentis agitatione percepturum: cum certior rerum notitia ex oculis, quām aliunde haberipossit.

possit. Nam & certiora sunt ea, quæ per praxin,  
quam quæ per præcepta, & canones tantum ed-  
iscuntur. Sed ut ad propositum accedamus. *b* Pri-  
mum ex regulis, quas tradidimus, ecquid hujus generis an alterius obscurè scriptum sit, dili-  
genter interpres observabit. Quod ubi cogni-  
tum sit, ad hoc genus pertinere, elementa pri-  
mum singula distinguit, & suam cuique chara-  
cteri potestatem suppositis veris literarum for-  
mis substituet. Quod recte an perperam ef-  
fectum sit, experimentum indicabit: Aut \* etiam • Enim,  
in eadē potestate integros & perfectos verbo-  
rum sensus characteres explebunt, aut imper-  
fectos, corruptos & nihil prorsus significantes  
reddent. Quod si ea cura minus dextrè videbi-  
tur cessisse, judiciū in artis locum succedet, res  
conjecturis agenda, & in ijs est multum elabo-  
randum, tentabitur an in paucis modò his, mo-  
dò illis, nunc permutata potestate, nunc resti-  
tutares possit videri voto cedere. Si adhuc res  
animo non responderit, quærentur verba, in  
quibus vel nulli sint ijdem characteres, vel pau-  
cissimi, ut aliorum mox experimentum fiat,  
donec possit videri, an ex ijs aliqui opinioni  
conveniat. Si ne hoc quidem proderit, dictio-  
nes tūm paucissimis conflatæ literis eligentur,  
vti quas vel una solum perficiat, vel duæ, tres-  
ve, aut ad summum quatuor. Siquidem quæ  
hujusmodi sunt, inter paucas numerantur, &  
minor proinde labor erit ad certitudinem  
non multum vagari. Cujus rei gratia nos tabu-  
las confecimus, \* ut quoties opus sit, ea de • Lib. 4.  
causa

causa quilibet ad eas possit recurrere. Sic enim facile erit verba, si qua huiusmodi scripto reponantur, intelligi, vnde characteribus primū aliquot cognitis, non difficile quis poterit aliorum mox notitiam consequi. Sed si ex adverso prima fronte judicium videbitur voto cessisse, ut non obscuro argumento sciri possit, ecquid veras notarum potestates fuerit venatus, ex antecedentibus vel consequentibus certitudinē nanciscetur, nam si laborem eventus minimè sit frustratus, hoc integer & congruus verborum sensus indicabit, ipsa vero cognitorum characterum junctura, reliquorū subiude poterit paulatim notitiam ingerere. Quia in te minimè labor fugiendus est, sed res tamdiu tentanda, modò ut diximus literarum potestate permutata, modò restituta, donec quod clausum se sponte paulatim aperiat. Verum ad hæc non parum afferet luminis, si eortum, quæ circa rem sunt, quæque prius ab interprete scrii diximus præstare, cognitio accesset. Initio igitur antequam ad scriptum veniat, nonnulla ex conjecturis nancisci licebit: Veluti quia de manu militis, ab exploratoribus epistola est intercepta, de re bellica inde tractatū esse arguetur, vnde verisimile est B E L L I nomen non esse prætermissum & ex quinque, sive sex, sive pluribus ea dictio conflata sit, non deesse, si idioma latinum esse cognoscetur: nam si vernaculum illud sit proprij verbi literas perquiri oportet. Atqui ad hoc scripti prius rationem haberi est necesse. Nam si illud ad hoc genus per-

hus pertinebit; verbum illud si erit, facilimè poterit obviare; si verò alijs dolis involutum sit, maior ad inveniendum erit labor, & rem aliter, atque aliter pro scripti genere tentare oportebit. Sed ut dicta facilius intelligantur, exemplum adjiciam.

Nam ut in declarationibus efficacissimum est: ita in disciplinis ad dicendum aptissimum videtur, quod sic præcepta quasi experimento comprobentur. Multa enim instantia iudicio vel statim sè pè decernuntur, quam vel difficile est ante casum à magistro diffiniri, ne dum à discentibus percipi. Id obscurè igitur scriptum erit.

Φ ΚΛΙΣΤ ΚΟΥΛΚ ΣΔΕΖ  
ΠΙΤΚΛΛΑΣΟΟ ΔΒΔ  
ΛΣ ΠΙΠΛΑ ΤΛΙΚΛΛΑ ΠΘ  
ΦΛΛΛΑΓ ΤΛΙΠΟΛΣΩΛ  
ΒΟΣΑΠΛΑ ΣΛΚΠΛΑ,ΛΣΣΛ  
ΛΑΞΛΛΟΓΠΛΙΣ ΣΛΔΛΛΑ  
ΤΛΙΠ ΒΙΠΠΔ ΛΣΠΛ

Primum itaque variati characteres, quod non plures viginti conspiciuntur, crebrior præterea quinque characterum repetitio, quæ vocalium præbet indicium: finales etiam literæ, quæ præ-

O

scriptum

scriptum numerum non excedunt: distincta  
tum partium series, & cætera demum, quæ ad  
huiusmodi scriptum spectant: simplex permu-  
tati characteris genus esse non ambiguis ad-  
monet conjecturis. Idioma verò latinum esse,  
ex finalium literarum numero deprehenditur.  
Quia verò magnates ab epistolis in arduis præ-  
fertim negotijs notarios scripturæ peritissi-  
mos habent, sperandum est proinde orthogra-  
phiæ rationem minimè fuisse prætermisam.  
Cæterum antequam ad elementorū notitiam  
venietur, tentari potest ex ipsa materia an ali-  
quod rectè scripti verbum possit intelligi. vt ea  
ratione aliqua inde literarum notitia deveniat.  
Quoniam itaque (vt dictum est) conjici potest  
de bello agi, quod epistola vel belli tempore,  
vel alia id ratione cognoscatur, proinde non  
erit admodum difficile per quirenti aliquo scri-  
ptiloco eius verbi sex literas invenire, proden-  
te hoc præfertim geminate litteræ, quæ oportu-  
no loco collocantur indicio, eoque modo ex  
ipsa materia priusquam ex scripto trium pri-  
mo figuram, quasi certam notitiam deprehen-  
di. Nam de ijs nondum prima fronte satis po-  
terit constare, nisi ex consequentiū positione  
certius notitia confirmatur. His itaque in uni-  
versum cognitis superest rem ipsam propriam  
attingere, vt singulorum elementorum pote-  
stas dignoscatur. Vocales igitur primū in me-  
dijs dictionibus, & interdum in earum finibus  
quæ siturus (latinus enim sermo in terminatio-  
nibus potest decipere) has figuræ quia creber-  
runt

rimæ repetuntur, **DA** nō & vocales esse conjunctas. Huc accedit, quod rationibus eadem raris characteribus, quoties occurrunt videntur adhærere. Nec obstat, licet interdum etiam illis nonnullæ consonantes proximè possint sociari, nam de eo potius judicandum est, quod frequentius evenit, quam quod rarius. Hoc etiam præstat, quod proximè generatos characteres ex utroq; latere cernuntur assistere. Sunt & alia, si qua ad rem spectant, quarum illæ indicis prodantur, unde colligi licet, eas non nisi vocales esse cum per omnes simul regulas de illis opinio confirmetur. Vocalibus in hunc modum à consonantibus discretis, proximum est sua singulis munera assignare. Sed ut hoc in consonantibus primum (ut dictum est) oportunius exigatur, dupli ratione perfici potest, repetitione, & plurium conjunctione, tūm in extremis verborum partibus, tūm etiam in ijs medijs, si repetitionem sequimur, hoc modo qualemcumq; earum distinctionem nanciscemur.

\* L V Z 3 O Y Q X T A J & Z F  
B C D F G H L M N P Q R S T X

Posset tamen etiam edocente regula, aliter atq; aliter singulorum potestas diffiniri. Quamvis ne satis quidem tutum sit illis fidem habere. Solet enim sspè decipere, quemadmodum & hoc loco indicabitur. Verū ne hoc ignoretur, quonam pæsto aliter possit potestas variari, eorum repetitio observabitur, queq; toties indifferenter repetentur, vna pro alia sumi poterit.

O 2 Potiorem

Potiorem tamē semper majoris, quam minoris frequentiæ, nisi aliter experimentum demonstret, rationem haberi conveniet, quod nobis tradendi exempli gratia, alioquin quatenus magis placet, regulæ fides habenda est. Ad huius distributionis exemplar interpres posset suam etiam aliter variare, sed eam distinctionem si vltterius progredimur, posterioribus regulis in aliquibus videbimus infirmari. Exinde itaque experimentum inituro oportuhum eris primum ad faciliores observationes recurtere, ut si per eas satis possit proficere, maiore laborèm effugiat. Quoniam itaque dictio est, quæ quatuor literis conflatur, quatum tres, quæ in fine collocantur, consonantes sunt. cum eiusmodi vnam tantum dictio hem, quæ V R E S est, agnoscamus (nam S T I R P S etsi totidem habet in fine consonantes, sex tamen constat literis) eam esse oportebit, quemadmodum in tabulis apud dictiones totidem literarum est videre, vnde non modò triū consonantium, quæ in fine sunt, notitia elicetur, J ΦΩ, sed etiā vocalis & quæ illas præcedit Huc accedit, quod ex his literis prima in nona dictione consonans præit, quæ siquidem omnium rarissima est, Q uidetur fungi potestate, quod magis verisimile est, adveniente in dictione aliarum eiusdē verbi literarum notitia, quod vocales sint, ex quo licet affirmare, characterem, qui quinto loco ponitur, in dictione, in qua B E L L I nomen ponitur, V potestatem habere, vnde etiam concluderè licet, vltimum, qui hunc sequitur, non alium,

alium esse, quam M. De prima consonante, mox per aliam geminatam in quinta dictione judicium confirmatur, quod alioquin dubium esse posset, an L potestate fungeretur: nam certum est vocalem ibi non esse. De aliâ mox consonanti B judicium confirmatur verbo, quo BELLI nomen notatum conjectimus, in quo etiam de L notam tales vidimus. Quod vero dictio est, quæ tribus literis conflatur, quarum postrema scripto rarissima, cum semel tantum incidat, succedit vocali, quam hucusq; V esse deprehendimus, dubius esse non debet novissimam X esse, nam quæ inter rarissimas est, aut H, aut Q, aut X, aut Z esse existimatur, atqui Q primum & Z è numero eximuntur, quia nunquam in fine verbi collocantur. H præterea non esse ex literarum ordine deprehendimus, ea enim potestas in fine dictioñis apud latinos in verbo tantum V A H reperitur, quarum media A est, non V: Vnde supereft dicere, non aliam esse, quam X, & primam vel D, vel L, vel N, vt una ex dictioñibus tribus sit DVX, LVX, NVX. Sed quia vel cognitum est de rebello agi, vel magis consentaneum de re magni momenti, quam parvi, credibilius erit de DVCIBI, quam de NYCE, vel LYCE mentionem faciam esse. Vnde hactenus colligilicet hatum literarum veram notitiam quarum potestatem suppositis nostris literarum formis indicabimus.

L V L I K A S D A T  
B D E L M Q R S V X

O 3

Ex

Ex his & huiusmodi alijs coniecturis, habita etiam de cetero ut cōmodius fieri poterit, consonantium notitia, & advocatis ad hoc præser-tim tabulis, cum opus erit, mox ad vocalium distinctionem transitus fiet. Nec quicquam re-feret, non omnibus adhuc consonantibus co-gnitis ad vocales devenire. Ex ijs enim aliarum poterit consonantium elici coniectura, quemadmodum ex consonātibus etiam vocales co-gnosci posse superiū demonstratum est. Vo-cales itaque in hoc scripto dupli modo nan-cisci licet, repetitione, quod omnibus conve-nit, & quod rarissimam figuram, quæ adhuc Q videtur fungi potestate, character sequitur. Sed de V satis vidimus factam fidem, non minus etiam de E posset videri constitisse, sed eas cum alijs prosequemur, vt etiam de illis opinio cer-tior habeatur. Hæc igitur nota A quia omnium creberrima est, quod decies octies repetitur I, vel E potest videri, sic & n quia vna minus vice scriptum ingreditur, utriusque non minus vi-detur sibi potestatem vendicare: utraque enim potestas plus minus solet frequenter occurre-re, & modò hæc, modò illa (vt dictum est) cre-brius intervenire. Mox quia O sexies conspi-citur, A potestatē representat, postremo quod O & A quinquies tantum recensentur, O & V, quæ omnium rarissimæ esse solent, potestatē indicant. Hoc singulorum characterum arguit repetitio, novissimus verò quia rarissimam figuram sequitur, quam adhuc Q esse depre-hendimus, etiamnum de eo quod dictum est, fidem

fidem magis auget, quo certius videri potest in verbo, vbi de **B E L L O** sit mentio, dictionem **B E L L V M** positam non **B E L L I S**. Vnde etiam de **M** litera certior notitia elicetur, quæ & tali figura **X** designatur, & **E** vocalis, quæ per eum characterem demonstratur, & in **V** potestate etiam alibi errorem non esse, & in ea dictione, quæ septimo loco ab ultima locatur, ex eadem vocali initio & calce verbi posita. Mediam germinatam **C** esse colligemus, quæ nisi de **S** nobis constaret, pro ea etiam posset haberi. Ex eadem vocali in dictione duarum literarum, quæ sexto loco ab initio ponitur, & quarto à fine reperitur, alteram figuram **T** necessario esse conjicimus: nam neque **S**, neque **X** esse ex superioribus licet existimare. Eiusdem præterea vocalis ex cognitarum consonantium indicio secunda se scripti dictio manifestabit, ut **M E D I A M** proculdubio ibi notatam esse intelligatur. Quod ut certius videri possit, dictio, quæ nono ordine collocatur, accedente priorum literarum notitia, tutiorem fidem facit, ut verbum sit, quod causam reddit **Q V I A**. Sed de his vocalibus aliunde etiam poterit constare, ut opinio certius confirmetur. In septima præterea dictione ex cognitis characterib<sup>z</sup> facile erit asserere, secundū characterē, qui solus superest, ut verbum intelligatur non aliā, quam **N** potestatē habere, ut dictio perfecta sit **I N I T I A**. Et ex huius inde consonantis notitia in verbo tertio loco posito primā vocalē, nihil præter **O** esse venari licet, ut **Nocta** dictionē perficiat, quæ vocalis

• novissima primum in ipso scripti limite prima literam, de qua ibi tantū restat dubitare P esse, mox quarto loco etiam primam, non aliam, quam H esse, manifestabit. Huius rei opinionem verbum tertio loco positum, quo HODIE significatur, significabit. Quid tertiodecimo loco scriptum sit, eadem ratione facilissimum erit affirmare: Nam ut integer verbi sensus sit, primus character non aliam quam F potest habere potestatem, ut FORTITER verbum innuat, cuius opinionis penultimum verbum sibi faciet, quo finis significatur. Supereft demum ex toto scripto eius tantum characteris O potestatem venari, qui in quinta dictione geminatus, non alterius potestatis judicium præbet, quam G, ut AGGRESSIONI verbū significetur, & in alio verbo BELICERANDO confirmatur, vbi neque alia functione potest sensum perficere. Ex his omnibus conjecturis singulis characteribus licet sua munera ad exemplum subscribere, illudq; ob oculos ponere, ut interpretando ad eius judiciū recurritur, sic res statim non infeliciter cedet, & se totū occultè scriptū referabit. Experimento liquet laboris summam vel in unius tantū characteris notitia versari, nam ex uno cognito plurimū inde facile traditur cognitio, & mox ex pluribus facilissimum est occultas omniū potestates eruere: siquidē alię ex alijs cognoscuntur, nec minus aliarum notitia ex alijs dependet, quam in catena annuli, in qua mutuò connectuntur, ut si anulum quis permoveat, reliqui statim proximi moveantur;

par; quare ad hujusmodi exemplar reliqua id genus scripta convenit interpretari. Vnum verò illud restat dicere, quæ de hoc scripti genere observationes traditæ sunt, eas etiam ad sequentia in assignandis characterum potestatis debere accommodari.

## C A P V T I X.

*Quomodo continuati scripti  
partes dirimantur.*

**S**Equitur ut à simplici scripto ad continuatum transeamus, ut ordo secundi libri servetur; de quo ut in proximo factum est, quemadmodum primum eius partes dirimantur tradi debere rationem oportunum videtur. Nam de eo cognoscendo nihil est quod dicam: Ipsí enim oculi satis hoc per se indicabunt, ut non alio magistro opus sit: nempè si scriptum nusquam, vel nullis intervallis, vel incisis membris, periodis, alijsque lineolis, sed tantum versibus sciungatur: quod si quando evenit, hoc scripti genus pri dubio esse censebitur, res clarior est, quam ut vel exemplo videatur indigere. Sed iam quæ, quibusque modis dolus hic auferri possit, & scriptum detegi, superest indicare;

**P**rima ratio videtur, ut aliquæ ex his dictiones *I N*, *E T*, *V T*, *C V M*, *Q V I A*, *Q V O N I A M*, & huiusmodi aliæ, quæ frequentius solent in scriptum ingredi, in simili plurium characterum coniunctione per totum scriptum dispersæ requirantur. Eæ inventæ & diligentius observatae, ut integræ includantur, quatenus similes

O 5      sunt,

- 4. Ampliatio.** sunt, transversis lineolis ab alijs partibus seponentur: hoc præstabit, ut non modò eas tantum partes disiungamus, verùm etiam ut designemus proximarū dictionum confinia: eadem enim ratione, & præcedentis finis verbi, & subsequentis initia decernetur. **b** Neque hoc tantum in huiusmodi dictionibus, quas pauciores absoluunt literæ, verùm etiam in alijs quæ ex pluribus constant, conveniet observare. **c** Ad hoc etiam faciet si duplicatam consonantem ex uno latere vocalis, ex altero consonans comitetur: quare ad hoc proximis regulis, quibus vocales à consonantibus distinguuntur, uti oportebit, si illud itaque sic erit, inter similes, quæ geminantur dividentem lineam interponi conveniet. Si tamen hoc etiam deciperet, succedente liquida, ut fit in **AGGLVTINO**, & **AGGRAGO**: sed hoc particius solet evenire, & si quando fit, consonans ex sequenti latere comitatur, nam & si præcedenti adhæret, (regula namque decipiet) ad cautionem proderit aliarum regularū accessio. Nam quod pluribus modis nihil dissidentibus confirmatur, etiam si una repugnet, ratum habendum est. Hæc ratio usum præstabit in assignandis tantum dictionum principijs & finibus. **d** Præterea si quatuor, quinque, sex, vel septem simul consonantes sint, certum erit inter eas esse verborum discrimina, nam non potest dictio in plures, quam in tres consonantes definere. Vnde si septem cohærent consonantes (quod rarissimum erit) in tertium cadet discretio.
- e 2. Regula.**

- d 3. Regula.**

discretio. Nam à quatuor potest inchoari, sed  
 hoc rarissimè fit, ut in *V R B S P H T H I S I S*.  
 Si sex numerus dimidiabitur, ut est *V R B S*  
*S T R A B O N I S*, e licet etiam posset partitio  
 in secundam cadere, ut in verbo *A M A R E N T*  
*P H T H I S I M*: sed si quinque fuerint, primum  
 verbū prima, secunda, vel tertia terminabitur;  
 si quatuor, nihil potest diffiniri, nam à totidem  
 incipi dictionem demonstratum est. Sed ve-  
 risimilius erit, verborum inter eas nexus  
 esse, quod eiusmodi verbum vix alterum aut  
 tertium erit invenire, alioquin vel prima, vel  
 secunda illud terminabitur. *f* In plurium vo-  
 calium coniectione, tam difficile est partium  
 terminationem dare, ut nullo penè modo ju-  
 dicium satis possit constitui, siquidem I vel V,  
 quæ consonantium sibi potestatem usurpant,  
 crebriùs repetitæ multis cum vocalibus con-  
 necti poslunt, ita ut earum sequela, vel vigesi-  
 man posset transilire. Verùm sicubi tam nu-  
 merosa vocalium coniunctio obviaverit, p̄z-  
 stabit, ut earum occursum post primam statim  
 vel alteram, ad summum tertiam agnosca-  
 mus: quamvis hoc modo non satis possit ea-  
 rum potestas diffiniri. Ex similius verò vo-  
 calium continuatione dictionum initia & fines  
 tutò licebit deprehendere: ut si eiusmodi qua-  
 tuor conspiciantur in secundā cadet partitio,  
 ut frequentius fit in I, ut *I V D I C I I*, *I I D E M*,  
 parcius in O, ut *Eoo*, *O O N A* insulæ, in A posset  
 etiam occurtere, sed exemplum de terminatio-  
 ne non suppetit. E non plures duabus esse pos-  
 sunt,

Excep<sup>tio</sup>.

*f* 4. Regul.

sunt, Verba non plures quatuor, una semper di<sup>ctio</sup>nem terminante, quare minimè posset recte decerni, an in paucioribus partis discrimen debeat constitui, nam in *V V V L A* tres sunt in initio vocales, sed eiusmodi non est aliud verbum invenire, g

*Hæc* sunt, quæ ad partium se-gregationem occurrunt posse observari, quæ si ad id aut parum, aut nihil ex notarij vafritia præstarint, huic difficultati poterit esse adiu-mento: primum duas tantum, mox tres, inde quatuor, demum plures characteres ab initio accipere, perinde ac si totidem literarum verbum futurum sit, & iuxta proximas regulas suam singulis potestatem tribuere, donec res sèpiùs tentata, fœliciter respondeat, ut integer verbi sensus maneat: sic & postmodum de cætero fiat.

**¶ 6. Regula.**

*¶ Tabularum  
promissio.*

*h* Vel si hoc ad id non satis videtur esse præsidio, vel frustra laboratum sit, id proximæ rationes poterunt præstare, quamvis quoquomodo ad eas recurrere postmodum fuisset necessarium: nam hæc ad partium tantum discrimen faciunt. i Ad hoc scripti genus, si per tempus licuisset, earum volumen tabularum cum alijs, quæ sum in quarto libro editurus, quod adhuc est in manibus inchoatum, illud si posthæc potero paulisper animum ab instantibus rerum impedimentis ave-care, propediem absolutum emittam.

**CAPUT**

## C A P V T X.

*Quomodo continuatum scriptum possit  
interpretari exemplum.*

**E**xposit locus ut, quod in superiori scripti genere prestatimus circa interpretandi modum, hic etiam servemus. Sed quia nonnulla de cura & diligentia, quae in omni forma scripti ab interprete habenda est, proximo capite diffusius pertractantur, nunc ea relinquemus, restat tantum enodandi id genus scripti exemplum tradere. Nam ea, quae ibi dictasunt, ad hanc etiam referuntur. *Exemplum itaque quod & supra.*

YTLKOTCLUTYDQUSVZ  
SUDDSYUSSVUTDYZO  
SUTTYSYDVUDLKYFOU  
YLUVSVAZVSDUCA  
QYTVOLOVYDVSUVZ  
CUTYDTCSTYD

Passim itaque scriptum oculis percurrenti, primum characteres, qui proximi sunt initio **D** & **T** proxime finem reponuntur, censendum est illos dictionem perficere. Quare oportunum erit lineolas in ambarum partium terminis,

minis, quatenus similes sunt designare, ut ea verba integra ab alijs sequestrentur, simul ac præcedentibus fines, & subsequentibus initia tribuantur. Quia verò haec duæ consonantes **B** & **V** ex superioribus regulis observatae geminari conspi ciuntur, & nulla ex præcedenti latere vocalis comitatur: credere par est, in ijs medijs verborum esse confinia, quapropter linea oportebit interficari. Quia rursus sex consonantes **S** **T** **D** **TH** **V** **Z** nulla interposita vocali se invicem sequuntur, & ex ijs duæ geminatae sunt, necessario utrinque coniicitur inter eas verborum divisionem fieri, & medium sectionem inter utraque geminatam cadere. Divisis in hunc modum, quatenus licuit, per peculiares regulas scripti partibus & lineis interpositis, superest proximas regulas ad eius interpretationem iuxta eum modum accommodare, nam quantum ad hunc locum res spectare videatur præstitimus, de cætero mox ad ea quæ dicta sunt lectorem remittimus. Aptata igitur sua singulis characteribus potestate, sic arcuum scriptum referabitur.

**PERDITA SVNT BONA MINDARVS  
INTERIIT VRBS STRATA HVMI  
EST ESVRIVNT FOT QVOT SV-  
PERFVERE VIVI PRAETEREA  
QVAE AGENDA SVNT CONSVLITO.**

**6** *Clementius.* **b** Verum ne cui supervacaneus hic partes ditiendi labor videatur: quod ex superioribus chara-

characterum potestatem nancisci liceat: \* ad. <sup>\* Admonitum.</sup> monendum volo, hac ratione multò melius & facilius , quām aliter hoc scripti exemplum endari.

## C A P V T XI.

*Quomodo perperam scripti partes liceat  
deprehendere, & interpretari.*

**S**Vccedit tertius obscuri scripti modus, ubi præter characteris permutationem , non aliud ad difficultatem, quām malè assignata verborum confinia accedunt: ut series eorum, quæ tractata sunt in secundo volumine servetur ; cuius tūm deprehendendi, tūm interpretandi rationes locus exposcit indicari: verūm de utroque pauca dicenda subveniunt. *Hoc* <sup>\* 1. Regula.</sup> itaque scriptigenus literarum quę verba solent inchoare, & terminare, de quibus huius voluminis initio dictum est, indicio prodi satis erit. *Interpretando* verò modus servabitur, ut assignati primum fines, ac si non essent, negligantur. *Vnde* commodum erit epistolam omisis- <sup>\* 2. Regula.</sup> spacijs continuatam transcribere , atque <sup>Compedita.</sup> verba perinde atque in proximo scripto continuata possint interpretari. Quare exemplum afferre aliquod minimè videatur oportunum.

## C A P V T

## CAPVT XII.

*Quaratione scriptum ociosis characteribus involutum deprehendatur, & illi ab alijs dignoscantur.*

a 1. Investiga-  
tio: num huius  
generis scri-  
ptura sit.  
b 1. Regulā.

c Infirmitas  
huius regulæ.

d 2. Regulā.

e Difficultas  
huius regulæ.  
f 3. Regulā.

g 1L Investi-  
gatio potesta-  
tis notarum:  
h 1. Regulā:

**S**equitur ut agnoscendi scriptum ociosis characteribus involutum, & eos characteres dignoscendi, modos præbeatmus. *b* Indicium itaque primum finalium literatum numerus dabit: nam si plures illæ sint, quam exiguntur, ociosos prima fronte tot ibi characteres esse argui posset, quot eum numerum excesserint. *c* Sed huic regulæ non satis est fidendum. Posset enim numerus non excedere, illis in dictiōnum finibus adiectis: & posset pluribus superare, quam verborum terminationes terminarent. *d* Posset ad huiusmodi coniecturam quoquomodo accedere, si consonantes & vocales mutuum inter se nexū non servabunt, ut nimium distent, & longius separantur. *e* Sed hæc difficillima erit observatio *f* Tutiōr tamen & facilior ratio erit, ut figuratum discriminaria observentur, nam si illæ plures viginti, vel duabus & viginti conspicientur, numeri excessus hoc scripti genus esse indicabit. *g* Ceterum quibus modis id genus nota dignoscatur superest nunc videte. *h* Observabitur ergo primum, an aliqui similes characteres, se mutuo sociantes in scripto iterentur, quod fieri solet in verbis communibus, quæ saepius repertuntur, uti *E T*, *V T*, *I N*, *A D*, *C V M*, *N A M*, *Q V I A*, *Q V O N I A M*, & huiusmodi alijs. Nam si obvia-  
verint,

verint, observabitur an intra eorum numerum aliqui medij inserantur, quod si erit, interiectos procul dubio uti ociosos & vanos designari, & excludi oportebit. *i.* Potest etiam dici, ut hæc adiectione etiam extra numerum similiūm characterum observetur, vel ante vel post. Nam licet interdum deciperet adiectione, & commutatione literarum, quæ fit in verbis analogis, & etymologicis. Potest autem initio adiectione decipere, ut est in dictionibus *O S & H O S, A R S & M A R S.* Commutatione, ut fit in verbis *D O S & M O S*, quæ similia sunt. In fine autem adiectione, ut *E S S E T ad E S S E*, & commutatione ut *A M A R E M & A M A R E S*, quod provenit ex casuum inflexione. *k.* Potior tamen frequenter usus, quam rareris habenda est ratio: si quidem credibilius est verba repetita ex illis esse, quorum natura est, ut crebrius repeatantur: cuiusmodi sunt quæ supra memoravimus: quam ex eorum numero, quæ minus crebro solent incidere: cuiusmodi sunt hæc, quæ possunt in initio & fine adiectione decipere. *l.* Quare nec minus hæc observatio poterit usum præstare, nam sicuti interdum eius causa lapsus sit, ex alijs regulis poterit facile error emendari.

*m.* Verum tutior ratio est, ut medijs dictionib. *m.* 3. Regula.

Nam utrumque & hoc modo posset evenire, ut fieret adiectione causa numeri, ut fit in *A M A R E N T,*

& ad id quod est *A M A R E T*, & aliter in *M O N S*

& *F R O N S*, ad id quod est *M O S & F O N S*: *n.* 4. Regula.

commutatio causa analogiarum, ut fit in *F R O N D I S, & F R O N T I S*. *n.* Alia ratio est, ut vocales

P obser-

2. Regula.

z.

2.

3.

4.

l. Correccio.

1. Utilitas huiss regula.

z.

2.

3.

4.

obseruentur. Hoc verò fiet, si qui magis reper-tuntur characteres dignoscantur, eos verisimi-liùs est vocales esse, quarum natura est, ut fre-quentiùs scriptum incant. o Iis in hunc mo-dum à ceteris discretis, supererit ex consonan-tium geminatione ociosos characteres venari; nam qui geminatas præcedant consonantes cum vocales non sint, proculdubio erit affir-mare ociosos esse. p Potest idem dici de ijs etiam qui sequuntur, sed ratio deciperet in li-quidis L & R, quarum notitia si elici poterit, nihil erit amplius, quod dubium faciat. q Ad hoc etiam conferet, si observatis characteri-bus, qui magis frequentes obviabunt, reliqui, qui minimè primum de numero literarum exi-mentur. r Nam licet regula possit decipere, ut pro ijs ociosis consonantes minus frequentes tollantur, tūm ex aliarum consonantium & vo-calium notitia, in interpretando facile per coniecturam error cortigetur.

## C A P Y T X I I E

*De hoc scripti genere interpre-tando exemplum.*

**S**ed ut hæc faciliùs intelligantur, adhuc Sexemplum afferam, vt superiorem ordinem sequamur, ne quid ad materiæ obscuritatem luminis deesse videatur. Exemplum erit quod in eodem loco superiori volumine adduximus.

S C D V

ΚΑΛΥΣΤΟΚΛΑΙΔΟΥ  
 ΑΥΓΙΩΝΙΚΟΥΟΔΥ  
 ΠΙΠΛΑΛΑΙΛΑΠΟ  
 ΜΗΧΑΙΓΧΙΑΙΠΟΛΙ  
 ΒΙΣΩΝΙΑΙΣΛΕΠΙΑΛΦΕ  
 ΣΙΛΕΙΑΙΖΠΟΛΙΤΕΑ  
 ΗΙΣΑΚΙΑΙΣΠΟΛΙΤΑ  
 ΧΑΙΣΤΙΑΙΙΠΟΛΙΤΑ

Hic si characterum terminationes sequimur,  
 decipiemus, quod ex consequentibus regulis,  
 & experimento licebit videre: siquidem unum  
 tantum ociosum deprehendemus. Nam verbum,  
 quod in hac desinat, vix unquam est in usu; &  
 huiusmodi vix alterum, aut tertium reperitur:  
 & proinde numerus minime liqueret. Quia ve-  
 rò consonantum, & vocalium nexū obseruare  
 per difficile est, eam coniecturam omitto. Qua-  
 te superest certius argumentum ex numero fi-  
 gurarū deprehendere. Ex his igitur quod duo-  
 detriginta numerentur, liquidò apparet, octo  
 vel decem ociosas esse: Sed credibilius est octo  
 esse: Duarum enim literarum Y & Z ratissimum  
 est usus. In hunc modum hoc scripti genus per  
 coniecturas licet cognoscere. Porro dighoscē-  
 di eiusmodi characteres habebitur coniectura  
 primum, quod in sexta dictione, quæ eadem  
 videatur cum ea, quæ est quarta ab ultima

P 2 post

post finitiles hæc figura E, & ante alteram diversa huiusmodi H. Vnde existimare par est utramque ociosam esse. Octavo præterea loco characteres sunt aliquot dictioni duodecimæ à prima, & tertiaz ab ultima similes, juxta quarum primam talis character est initio A, propè alteram rursus initio diversus in hunc modum X, & apud tertiam huiusmodi alias S. Vnde colligi potest eos vanos & superfluos esse: nisi verba eadem non essent, nec idem etymon, sed dissimilitudine, quæ est cum reliquis, in calce primæ dictionis nihil potest affirmari propter casuum inflexionem, quæ variatur. Ex vocalium insuper observatione coniicitur in septima dictione character qui sequitur primum & alium, qui penultimus est, quod neuter vocalis esse videatur: ociosos esse, siquidem ambo geminatam sequuntur consonantem, quæ est vocalium natura, alioquin penultima figura potest videri esse liquida, characteres sunt F & I. In quarta etiam dictione, quod proxime geminatam consonantem utrinque figuræ apparent, quod vocales non videntur, judicare planè est, primam, quæ hæc est B superfluam esse, nam altera creditur esse liquida. Ex alijs coniecturis colligi par est, has omnes figuræ in toto scripto ociosas esse E H A X S F I B. Ijs de medio subtatis, scriptum perinde ac si character esset tantum permutatus interpretabitur.

*Quomodo reliquis occultandi dolis  
huiusmodi scriptis sit occurendum.*

**V**T \* diximus solent magnatū scribz com- \* Lib. I. cap. 8  
pendiosum scriptum sic accommodare,  
ut perpaucz toto scripto videantur, & verba  
quemadmodum in una significatione, sic in  
alijs exdem figurę diversis potestatibus fundq;  
sibi pariter respondeant; huiusmodi dolis sic  
erit occurendum. *a* Si pauci videbuntur uni- *a. Regula*  
verso scripto characteres, eis frequentissima-  
rum consonantium & vocalium potestates  
ascribantur, quibusuē in scribendo minūs ca-  
rere possumus. *b* Præterea si ambiguus erit sen- *b. Regula*  
sus, literæ, quæ hanc ambiguitatem parere pos-  
sunt, sunt I & E, A & O, B Q, P F, D C, & huīus-  
modi reliquæ, quas plerunq; rariūs & crebriūs  
solere syllabis & dictionibus intervenire, supe-  
riūs memoravimus, harum enim altera alte-  
rius vice fungi potest, ut infra patet exemplum.  
Scriptum sit tale.

Λ Ζ Δ Α Σ Π Ζ Δ Α Δ Σ Ζ Κ Λ Σ

Nos, si substitutis characteribus priorum po-  
testas assignabitur, dicet ET Q V R I M V S  
V E R U S, at si Α i, Ζ Ζ, Σ Η, Ν Ε; α t. Κ c,  
potestas assignetur; dicet IS Q V I N E C A Ζ  
V I N C I T, & multū diversa prodibit oratio,  
sic & multæ poserunt eisdem characteribus ac-  
commodari sententiaz. *c* Poterit autem vera *c. Regula*  
cognosci, ubi nullus literarū incongruus ordo,

P 3. vel

vel inordinata verborum compositio conspicietur. *d* Multi sunt quoque doli, ut superius recensuimus, quos omittimus, cum facilis quam scribi possit ab huius disciplinæ parum exercitatis possint interpretari. Nunc ad alia transeamus.

## C A P V T X V.

*De orbiculari simplici scripto; & rationes quibus deprehendi possit.*

**E**xpositis rationibus quibus permuratus character cum reliquis fraudibus, que inde possent emanare, quasi cum tota familia tolleretur, proximum est, ut eorum, que in secundo volumine tractata sunt, seriem prosequamur, idem in scripto, quod orbiculare dicitur, quia ad Rotam componitur, præstare: quapropter quemadmodum superioris generis sunt formæ primum de simplici, unde & reliqua eminant, dicendum videtur. *a* Sed scripti primum quomodo deprehendantur rationes & conjecturæ, oportunum erit judicare. *b* Primam itaque conjecturam dabit plurimum similium characterū se invicem sequentium concursus, tūm principio, tūm in fine, tūm in medijs distinctionibus, quod orthographia non patitur, nam neq; à geminatis consonantib; inchoari, nec in easdem geminatas cadere, nec plures duabus medias habere verbum aliquod contingit: porro trium vocalium initium in verbo tantum **V** vel **A** reperitur. Ceterum inchoari, mediari,

# 1. Methodus  
generis huius  
scripti depre-  
hendendi.]

# 1. Regula.

mediari, & finiri etiam à duabus tantum evenit.

\* Alioquin plurimum concussum ex rotæ revo-<sup>Id estque.</sup>  
lutione, & exinde potestate permutata prove-  
nire consentaneum est existimare. c Huius rei <sup>2. Regula.</sup>  
pariter argumentum dabit plurima modò in  
uno versu figurarū repetitio, modò earundem  
rarissimus occursus, ut vix interdū ad tertium  
vel ad quartum versum semel repetantur. d So-<sup>4. Regula.</sup>  
let \* enim ad conie&eturam accedere finalium  
chara&terum numerus, si plures sint, quam rā-<sup>Autem.</sup>  
tio permittat, quæ omnia nusquam in alia  
scripti genere solent evenire.

## C A P V T XVI.

### Quomodo hoc scripti genus interpretetur.

**H**uiusmodi & conie&eturis scripti genus aſ. <sup>4. 2. Methodus</sup>  
secuti, sequitur chara&terum potestatem  
aucupemur. b Porrò hoc scribendi genus, quia  
multo diffcilius, quam superius videtur, mul-<sup>interpretandi</sup>  
to etiam cautiorem, & sagaciorem interpretēm  
exposcit. Nihil enim hīc ex his, quæ ubi obser-<sup>huius generis</sup>  
vari expediebat, poterit adiuvare: sed longè  
alii queruntur rationes, & multum diversa est  
via interpretandi. Non enim hīc prius vocales  
& consonantes ex repetitione proderit discer-<sup>scripta.</sup>  
nere: non ex consonantium geminatione co-  
mitantium vocalium notitiam confirmare, vel  
liquidarum sequelam deprehendere: non ex  
initijs & finibus, & verborum interpolationib-  
us consonantes & vocales dignoscere: non

P 4 ex

ex frequentia & raritate: non denique ex alio argumento, quod in superiori scripti genere poterat adiuvare, singularem licebit hic characterum notitiam venari; sed alias coniecturas, aliaque argumenta ad id queri conveniet. Nam licet (quod non sit) characterum potestas semel hoc modo acquiri posset, nec dum tam res satis esset adiumento in eam crebra munieris permutatione, ut vix vel in longa epistola eadē alias potestas restituatur. c Primum ergo diversorum characterum, qui in epistola sunt, haberi numerum oportet, ut inde quantitatis nostrarum literarū notitia eruātur. d Nam licet hæc coniectura posset frustrari: quia tamē raro aliter provenit, nullo modo est negligēda. Quemadmodum enim character unus plures potestates representat: ita sit pariter ut totidem characteres non plures quam unius literæ potestatem absoluant; eoque modo plurium functionum excessus, quæ modo uni characteri tribuuntur, mox plurium characterū diversitatē, uno tantum fungente munere pensatur. Nec repugnat, quod significantes interdum notæ significatarum literarum numerum excedant, vel ex adverso, utpote si una figurā trium literarum, quæ initio sunt, potestatem habear, quemadmodum fieret in DEFICIO, & mox earum quælibet DEF unius, vel duorum tantum characterum figuris signaretur, & aliter, ut si unus character duas habeat potestates, ut esset in primis literis verbi DEBEO, quarum quælibet tribus characteribus notaretur;

siqui-

siquidē in alterutris numerus diminutus, alias  
 in alijs characteribus adimpletur. Vnde est  
 colligere, sic ferè semper evenire, ut mutua  
 pensatione nostrarum literarum numerus cha-  
 racterum quantitati respondeat. e Ad hoc ita.  
 que scripti genus, vnuſ primum modus afferri  
 potest, cuius tamen nixu, tota interpretandi  
 ratio substantatur. f Initio igitur partes quæ-  
 ri & feligi oportet, quas peculiaria liqua re ma-  
 gis conveniat notari, vt pote si vel plures ibi  
 characteres in ipsis medijs concurrant: vel ter-  
 minent præcedentia, & inchoent proxima: vel  
 certè tertio, aut quarto loco, aut aliter, modò  
 non nimiū distent, aut in alias diſtiones tran-  
 feant, repetantur: nam sic difficilior esset verbi  
 congettura, super quo tota interpretandi mo-  
 les innitetur: vnde si initio peccatur, in toto  
 etiam progressu errorem sequi necesse est, vt  
 vix ullo pacto ab eo inde liceat extricari. g Qua-  
 re verbum ad hoc facilitate aptū querendum  
 est: in quo inveniendo tantò cautiorem, & fa-  
 gaciorem esse convenit, quantò, si in eo pecca-  
 tur, major inde labor potest provenire. Ejus-  
 modi erit, si juxta alphabeti seriem tot statim  
 proximæ literæ succedant. Simile servabitur  
 in spacijs, vt si similes distabunt, mediarum li-  
 terarum numerus consideretur, & verbū quæ-  
 ratur, in quo literæ sint, quæ pari ordinis in-  
 tervallo in alphabeto disponantur, ac similes  
 inscripto procedunt: Et tot ibi media numeren-  
 tur, quo hīc dissimiles videbuntur. Ea quò  
 pluribus constabunt literis, eò majorem utili-

4. Regula.

Exempla.

4. Partis seu casus.

4. Partis seu casus.

4. Partis seu casus.

tatem importabunt. Nam prima fronte pluriū inde similiū poterit haberi notitia. *b* Verum eiusmodi si plura fuerint, poterit ex consequentibus judicari, quod ex illis potissimum scriptum sit, hoc characterum ordo & numerus præstabunt. *i* Sed ut res clarius fiat, de singulis subjiciam exempla. *k* Primum itaq; plurimum similium initio occursus erit, ut fieri in tribus literis verborum *D E F I C I O*, & *S T V D I V M*, *m* nam utrobique literæ juxta alphabeti ordinem se statim sequuntur. Verum ne inter utrumque ambiguitas sit, numerus &ordo similium controversiam dirimet, intra ipsas verò dictiones, ut *O N O P H R I V S*, & *F A S T V S*, in fine ut *D A M N O*, & *P A S T V*. *l* Distabunt verò similes ut fieret in dictione *L E N O*, & in verbo *A V I D V S*, ibi enim primum *L* tantum distat ab *N*, & rursus *N* ab *O* ordinis elementorum ratione, quantum similes inter se distarent, & hic tantum interest *A* & *D*, quantum inter similes in dictione *L E N O*, una *E* media collocatur, & rursus in dictione *A V I D V S*, duæ literæ *V* & *I*, inter easdem conspicientur. *m* De similibus, quæ verba præcedentia terminant, & proxima inchoent figuris, exemplum erit in verbis *A R S T V A*, vbi quod quatuor literæ, quæ primam *A* sequuntur, alphabeti ordine fibi mutuo succedunt, in tali scripto similibus illæ characteribus notabuntur. Hæc sunt, quæ pro totius interpretationis fundamento primum constitui oportet, ut saper eo tota interpretandi moles construa-

vse.

tur. <sup>z</sup> Initio itaque, sive quæ assimulantur si- <sup>ss. Regula.</sup>  
 gura simul concurrent, sive intermissionis spacijs  
 dissent, cognito ex his, quæ dictasunt, uno, aut  
 altero verbo sua singulis characteribus litera-  
 rum potestas supernotabitur: o & quoties mox <sup>o. Regula.</sup>  
 illi characteres rursus obviaverint, observabi-  
 tur: tūm superiorum notitia alphabeti series,  
 quasi ducto filo ex ea litera sumpto initio, eō  
 usq; protrahetur, quōdusque alia similis reper-  
 ta sit, quæque litera in illam cadet, eius illi po-  
 testas assignabitur. p Eò tamen usque alpha- <sup>p. Cantic.</sup>  
 beti processus progredietur, donec ad novis-  
 sum elementū perventum sit, tūm in nume-  
 rando rursus à primo initium fiet: & idem  
 postmodum res una similes tūm i initio vel fine  
 verborum, tūm in ordo servabitur. q Sed si <sup>q. Cantic.</sup>  
 diminutus visualium literarum numerus fu-  
 erit, earum potior habebitur ratio, quas  
 credibilius erit potuisse prætermitti, & ex  
 adverso, utpote quibus vel magis vel minus  
 carere possumus, quæque frequentiores, &  
 rariores esse solent. In hoc tamen scripto nos  
 X, magis quam Z duximus relinquendum.  
 Idem mox per totum scriptum servabitur:  
<sup>z</sup> eadem etiam cura & diligentia in cognitis <sup>z. Regula.</sup>  
 alijs eiusdem dictionis figuris erit proceden-  
 dum: & sua singulis similibus potestas in hunc  
 modum assignabitur. / Quod si à tergo aliz <sup>z. Regula.</sup>  
 figura similes reliquæ sint, cum ad eius or-  
 dinis postremam ventum erit, discisso ibi lite-  
 rarum filo, eō reditus fiet, unde antea factus est  
 progressus, & exinde factio rursus initio ab ea  
 littera

litera converso tramite procedetur, donec ad novissimam similem veniatur, ejusmodi totum scriptum erit videre, ut præter prima verba, quorum possit integra haberi notitia, alioquin uno, aut altero charactere incognito, quod ex casuum inflexione proveniret, aliorum non nulli tantum characteres superposita potestate signentur. t Illo in hunc modum parato, eodem penè ordine procedetur, ut à facilitiore interpretandi ratione denuò progressus fiat. Verbum itaque eligitur, in quo plures characteres conspicui facti sint, & ex cognita notarum potestate, & syllabarum nexu, reliquis solerti judicij existimatione sua munera tribuentur, ut verbum stet, quod esse verisimilius sit, quam quodvis aliud. u Hoc effecto eadem cura in reliquo erit procedendum, nempe ut ad similares semper eodem nostrarum literarum tramite ductus fiat, idque peragendum, donec totum, quod erit clausum, referetur. x Ad haec alia ratio accedit, quia raro evenit in scripto, præsertim paulò diffusiori, ut non idem verbū repetatur, observetur an aliquod hujusmodi cognitum sit, vel integrum, vel ex parte. Hoc autem primum sciri poterit ex similius conjectura. Vtpote si totidem in illa dictione similes, & idem intervallum, mox recto verborum nexus confirmati. y Verum prætermissum nolo, haec, quæ dicta sunt non ad aliam, quam simplicem Rotæ compositionem pertinere. z Circa hec in tali genere scripti erit interpreti diligenter attendendum, & non parum accurate elaborandum

**29. Regula.****30. Regula.****31. Regula:****31. Cōmonitio****32. Cōmonitio**

borandum. Nam si aut initio aut in progressu calculus deviaverit, necesse est errorem sequi, perinde ac si labyrinthum ingressus fili ductū, quo regredi possit vnde factus est aditus, amiserit, ita vt quō ulterius procedet, eō perplexioribus vijs implicitur, vt desperare propius sit, quam tot circumflexos aliquo modo posse nodos explicare.

## C A P V T . X V I I .

*De simplici orbiculari scripto inter-  
pretando exemplum.*

**S**ed vt clariūs, quæ de hoc genere scripti di-  
tas sunt, agnoscantur, ac simul vt ordinem  
haec tenus servatum prosequamur, exemplum  
subjiciam. Illud igitur tale sit.



Primū itaque, vt, quæ in observationibus  
dicta sunt, suo ordine experiamur, viginti di-  
versos in epistola characteres agnoscimus, vn-  
de conjicimus è numero nostrarum literarum  
aut

aut X, aut Z fuisse sublatum. Initio igitur quia tertium verbum ceteris insignius occurrit, in quo tres primum similes statim sequuntur figurae, & mox quarta duobus interiectis spacij illud videtur eligendum. Si per conjecturas verbum querendum est, quod ad hos characteres, servata trium literarum analogia, quae sese statim initio sequuntur, & mox alterius, quae tertio ab ultima earum loco ponitur, accommodari possit, non aliud illis notatum videbitur quam DEFICIENT, DEFICIENT, vel DEFICIENT, & STUDEBUNT, vel STUDEBANT, literarum numero characteribus non repugnante. Ex quibus alterum verum deprehensuri, ex consequentibus primum verbum scriptum agnoscimus. In altero enim non sequitur literarum nexus. Quod ut palam fiat, non gravabor indicare. Nam si à quarta illius litera D, retrogradus literarum ordine ad aliam similem producatur, quae est in fine verbi Z, vel X potestas in illam cadet. Sed ex prima clarius patet error, quam ut demonstrari opus sit. Siquidem nulla dicere est, quae ea litera terminet. De altera vero dici potest etiam nullum in calculis erratum esse. Nam verba, quae in eam literam cadant, rarissima sunt, & ea proinde parcissimi usus: Unde credibilius est alterum verbum esse quam illud, cuius indicio ducti in rem rarissimam incidimus. Superest in eo verbo tertius character ab ultimo, Vne sit an A potestatem habeat videre, quod ex figura licet agnoscere. Siquidem ductus ad similes proximas, quae initio sextae dictio nis sunt,

sunt, illegitimum literarum nexus, ut L, M, N. sibi statim succedant, ut verbum sequi non posset. Idem dicendum erit, si ea litera, de qua ambigitur E futura sit, ut DEFICIENT verbum sit. Siquidem P Q R sese statim sequuntur, quod syllabarum nexus non patitur. Ex his ergo conjecturis licet citra controversiam concludere, non aliud ibi verbum notari, quam DEFICIENT. Cognitis in hunc modum pluribus characterum formis, restabit quasi iactis fundamentis omnem interpretandi adificationem superstruere: Hic igitur modus servabitur. Initio quia primis figuris hujusmodi per totum scriptum aliae duæ similes occurrent, quarum altera secunda primæ dictio. nis est, altera prima penultima, unde diverso tramite ad eas procedendum est: ad unam ipsius perduci primum deinde ad alteram progredi oportet, ut ante ad dextram, mox ad sinistram tam scripti, quam literarum ordinem. Nectamus. Ab ea itaque figura, quæ quartæ est ab ultima cogniti verbi, literarum alphabeti ordo ad similem ducatur, quæ est in penultima, ab ea litera sumpto initio, quæ fuerit assignata. M potestas in eam cadet, quare illa supernotabitur. Hoc cognito charactere eodem facto redditu, unde ante digressio facta est, & iterum facto initio ab assignata literæ potestate, quia ad literam cōversus alphabeti ordo perductus, illam O habere potestatem indicat, ea supernotabitur. Succedit his proximè character, cui potestas tradita est, ad primam sibi similem, quæ dictionem,

Aut quæd prib.  
m̄ penultimæ  
dictionis falli-  
tur auctore, dū  
rotulam non  
promovit: aue  
ego hanc locū  
me non capere  
fauer.

dictionem, quæ præcedit proximam terminat, ducto filo alphabeti ordine retrogrado, cuius

\* E potestatem indicabit & pari ratione servata, mox alia huic similis quæ novissimæ primæ dictionis adhæret, V sibi potestatem vindicabit. Eundem ordinem sequuti, quintū characterem dictionis quæ decima collocatur, quod illi assimilatur, cui C potestas aſignatur R, & mox quartum penultimæ I esse deprehendimus. Eadem ratione tres figuræ, quæ sextæ dictionis initio ponuntur H I L, & quæ nono

\* Nono dictionis aut nono loco vltimo

loco vltimæ sunt D E, & quæ tertio ab vltimo tocidem R & T, & quæ demum penultiimi ordinis novissima est, E fungi munere videbimus: Quæ figura quia superius, & multarum prouinde literarum notitiam parit, eam fœcundam ex merito nuncupamus. In eum medium \* per penultimam eius verbi figuram, similiū, quæ sequuntur, poterit officium agnoscī, vt primam quintæ dictionis à postrema T, mox aliā quartæ E vim habere cognoscemus. Ultima quia nullius nobis notitiam detegit, quod illi similis nulla sit, à nobis sterilis appellatur. Explorata in hunc modum multarum literarum potestate aliarum dictionum cogniti aliquot characteres conspiciuntur, aliorum vero non. Post hæc igitur priorem ordinē emulabimur, vt eam dictionem eligamus, cui plures nobis figuræ conspicuæ factæ sint, vt inde faciliorem verbi conjecturam assequamur: eiusmodi verbum erit, quod sexto loco ponitur, cuius triū, qui initio sunt characterum, notitia habetur: si conjecturam

\* Medium.

Coniecturam sequimur, nullum aliud verbum  
 ad eius literas, quam unum, cuius etymon ab hi-  
 laritate provenit, servato literarum numero  
 accommodari posse conspicietur. Verum ca-  
 suum inflexio circa penultimam literam am-  
 biguitatem faciet, quae ex quinque vocalibus  
 potissimum debet conscribi, quod ex consequē-  
 tibus licebit deprehendi. \* Primo A non esse Deprehēderē  
 arguimus, quod in duas, quae quartam ibi di-  
 citionem absoluunt, LM potestas caderet, quod  
 est absurdum. Idem de E & O dicitur, siqui-  
ritu

Transpositio quartadec. c. p. omittitur.

Transpositio quintadec. pr. & 3. similis,  
reliquæ dissimiles.

|          |        |      |      |      |
|----------|--------|------|------|------|
| arca     | lanæ   | peræ | reti | sive |
| arcæ     | lena   | peru | rite | viam |
| arco     | lene   | pori | riti | vias |
| ,, bada  | leni   | poro | rota | unam |
| coes     | leno   | pyra | rotæ | uras |
| coet     | lino   | pyre | rote | trat |
| ,, creta | luna   | pyro | ruta | utar |
| erga     | meos   | pura | rute | unam |
| ,, erge  | nepa   | puræ | sæva | uras |
| ergo     | , para | puri | sævæ |      |
| hali     | pari   | puro | sævi |      |
| halo     | paro   | rate | sævo |      |
| luna     | , peræ | rete |      |      |

Transpositio sextadec. ult. c. p.

sec. &amp; quart. similis, reliquæ dissimiles.

|      |      |      |      |      |
|------|------|------|------|------|
| hanc | diem | aper | urat | cuma |
| acie | fiam | epar | uret | cuna |
| acre | piam | aret | urit | cura |
| ecce | pium | erat | avia | dura |

agni

L I B E R Q V A R T U S.

|        |      |        |      |         |
|--------|------|--------|------|---------|
| agni   | viam | erit   | aula | „ ducis |
| agri   | ambo | orat   | aura | fuge    |
| „ ognī | immō | oret   | ausa | fuma    |
| „ fura | juba | luna   | musā | puta    |
| fusa   | jura | multa  | muta | puta    |
| gula   | juva | „ mura | nuda | quia    |

T A B U L A Q V A R T A.

D I V E R S A R V M D I C T I O N V M.

*Trium similiū in principio dictionis.*

|                     |            |          |  |  |
|---------------------|------------|----------|--|--|
| stupa               |            |          |  |  |
| studium             |            |          |  |  |
| stupidum            |            |          |  | <i>Maiusculis illis literis addere poteris</i>                         |
| deficio             |            |          |  | <i>fines ex libitu, &amp; multa consurgent dictiones.</i>              |
| hilaris             |            |          |  |  |
|                     |            |          |  | <i>Trium similiū in fine dictionis.</i>                                |
| pastu               |            |          |  |  |
| gustu               |            |          |  |  |
| fastu               |            |          |  |  |
| damno               |            |          |  |  |
| „ nieghi            |            |          |  |  |
| „ prieghi & similia |            |          |  |  |
|                     |            |          |  | <i>Due similes in fine, altera due similes</i>                         |
|                     |            |          |  | <i>in principio sequentia dictionis.</i>                               |
| ars tua             |            |          |  |  |
| lux Zachariæ        |            |          |  | <i>Si dictionibus his diversa principia &amp; fines</i>                |
| est uxor            |            |          |  | <i>addes, alia quoque consurgent dictiones.</i>                        |
|                     |            |          |  | <i>Due similes, una quidem in fine unius, altera</i>                   |
| de fago             | pars talis | eu zeno. |  | <i>verò in principio alterius dictionis.</i>                           |
| nil moror           | est ulla   |          |  | <i>adde etiam &amp; alia componuntur novæ dictiones.</i>               |
| uno parvo           | dux zeno   |          |  |  |
|                     |            |          |  | <i>Vna similes in fine unius, due in principio alterius dictionis.</i> |
|                     |            |          |  | <i>hic</i>   |

hic dedit  
illud efficit  
ah illius  
deum novit  
non oportet  
amor statuz  
is tua  
et uxor  
lex zabulonis

*Egenus interpres principio dictiōnum fine  
multas addere literas poterit.*

hic deficit etiam si addes, nouas habes.  
cur studies

Hæc sunt, quæ hoc tempore de hac materia dici  
posse videantur: atq; huiusmodi in re proden-  
da satis augustè scripsisse visi\* fumus. Omnes  
enim, quos \* adhuc videre contigit scripto-  
res, quam angustissimè cam  
attigere.



ANIMAD-

ANIMADVERSIONES  
VIRI CVIVSDAM BONARVM  
literarum artiumq; amantissimi, ad libros  
Portæ de occultis seu furtivis literarum no-  
tis, obiter inter perlegendum annotatae.

*Commonitio de titulo.*



N animo habebamus, amice  
lector, penitus eo de titulo,  
quem Porta de furtivis litera-  
rum notis, vulgo Ziferis, po-  
suerat tacere: nisi & non ingra-  
tum tibi futurum existimasse-  
mus, & ad sequentes à nobis confectas tabellas  
id ipsum quoque usui fuisset. Eius namque alia  
nobis quam quæ typographo placuit mutatio.  
Quamvis enim cumini sectores non simus, fa-  
cileq; agnoverimus, doctissimis à viris ponen-  
dæ suæ inscriptionis occasione sumpsiſſe Port-  
tam: (*nempe Agell. noct. Att. 17. cap. 9. & Polydor. Virg.*  
*de Invent. rerum lib. 9. cap. 8.*) facere tamen non po-  
tuimus, quoniam aliam substituendam, tabellisque  
præfigendam judicaremus. Idq; vel hanc cum  
primis ob causam, quod illa quam diximus re  
ipsa de qua agitur, & quæ plenius multò per-  
tractatur hisce in libris longè est angustior, uti  
ne ipse quidem Porta, re diligenter perpensa,  
negaverit. Neque enim de literarum notis tan-  
tum agitur occultis furtivisque: sed & alijs  
multò pluribus, de signis modisq; quibus ani-  
mi nostri sensa teatè alijs possimus significare,

quam

qt:im quæ Portæ possint epigraphæ comprehendi. Et nostri quoque Typographi titulus primus eadem prorsus in re impingit. Alter autem quamvis sat capax sit, nō nisi longa tamen circumscriptione id ipsum assequitur. Cryptologiæ denique nomen ( ne id quoque silentio prætereamus ) quod apud Trithemium quodam in loco exstat, sat breve quidem est, sed orationi literisque tantum inservit. At eo, quem nos præponendum judicamus, titulo nil brevius: nec quicquam universis hisce in libris explicatur, ni nos fallat opinio, quod non contineatur nomine τῆς πρυπτούμενής. Quamobrè arti huic si Portæ cæterisque eruditis probabitur, hæc posthac per nos integræcrist, brevissima propriaque nuncupatio.

### Ad pagin. 1.

Verba usu valere ut numos, nullaq; vim aliam habere quam ut animi sensa ex pacto convento alijs significant, si non alio, hoc certè argumento discere debuissent qui cōtra sentiunt: quod unum idemq; verbum pro utentium libitu interdum quidem hanc, interdū vero rem aliam denotat. Exemplo sit Notariorum appellatio, quæ ijs olim competit tantum, qui notis characteribusque certis, quorum singuli integra exprimerent vocabula, dictata quævis celeri manu potuerunt scribendo assequi: hodierna vero die longè alio fungentib; munere tribuitur. Sed cū alij ante nos eadē re diligenter eruditæque monuerint, ut actum agamus nil est necesse,

necessē. Ideoque authores tantum aliquot laudare visum. Auson. epigramm. 137. elegantiss. Iac. Cuiac. observat. 3. cap. 3. & 12. cap. ult. Jacob. Reard. de auctorit. prud. cap. 2. Pollet. hist. fo. Ro. 5. cap. 12. Bern. VValtb. miscellan. 2. cap 12. &c. Levin. Torrent. super Sueron. Galb. cap. 5. pag. & Titum cap. 3. pag. 550. Bibliander in lib. de communi ratione omnium ling. pag. 71. ubi tum non sat accurate distinguit. Anton. Augustin. ne suo. discorsi delle medaglie dial. ult. in fi.

### Ad pagin. 6.

Valerij Probi libello de literis antiquis addantur virorum doctissimorum eiusdem generis pleniora multò scripta hæc: Paul. Diac. Huberti Goltzij Thesaur. antiquit. Aldi Manutij explanat. de vet. notis libris ipsius de orthographia subiuncta passimque Barn. Brisson. in lib. formular. Iust. Lips. antiqu. inscrip. M. VVeler. Rep. Aug.

### Ad pagin. eandem.

Id quod de notarum auctoribus affert Porta, ex Isidori Etymol. lib. 1. cap. ii. desumpfit. Vbi distinctè admodum Isidorus loquitur. Ita ut verum hoc de re in speciem pugnantia loca fortasse inde sint concilianda. Si hoc unicum tantum animadverterimus, quod Persanij Philargyri nomen meritò de mendo suspectum est habendum. Et ut cognomen quidem Philargyri habuisse non dubitamus, ita Persennius ne an Persennius nominatus sit, & quisnam fuerit intentio, donec olim fortasse & alios quoque in melioris notæ scriptores hac de re mentionem facientes, inciderimus.

### Ad pa-

## Ad paginam. 7.

Quò verior patris Medicorum de artium longitudine, vitæque brevitate est querimonia: eò quoque mihi laus maior videtur eorum, qui & huius arte producendæ & illius brevi compendio addiscendæ omnis generis excogitavere strategemata. In quibus utique habenda & ea ratio, quæ veteribus à Græcis, hominibus certè acutissimis diligentissimisque orta, ad latinos postea quoque tralata est: libros auctorum notis quibusdā ita consignandi, ut primo mox intuitu virtutes, vitia, aliaque notatu observatuque digna apparerent lectoribus. Cuius generis & eæ quoq; fuere, quibus Platonis discipuli, cæterique scriptorum ipsius lectores olim libros eiusdem insignivere. Quarum extat quidem apud Diogenem Laërtium in vita ipsius, sic sat manifesta explicatio: sed cum libri vulgaris nec exprimat omnes, nec interpres mentem auctoris sit assecutus, ex quo tamen Porta hunc in locum nonnulla transtulit: rem ratione ingrata ipsi lectoribusque nos facturos credimus, si locum eum uti expletum interpretandumque ex alijs didicimus (*nimirum ex Aristoph eiusdem scholiaste. Sophocle. Itriclivio. Ifidoro etymol. i. cap. 10. Hortiboni notis Laërt. Fr. Sixto Sennense biblioth. sanct. lib. 3. P. Pithœo adversar. ls. 2. c. 3. pag. 88. &c.*)

\* Meminit obiter harū notarum quoque, sed ita ut rationem ipsarū nō admodum sibi perspectā fuit. Se innuat, vir aliquis doctilis. Bibliander, de ratione cōmuni omniū lin- guar. p. 69. infi.

Hunc igitur id in modū faciundum judicamus.  
\* Quoniam autem (inquit Laërtius) & notæ quædam libris ipsius Platonis adscriptæ sunt: de eisdem quoque nonnihil dicamus.

X Chi

X Chi apponitur elocutioni figurisque indicandis, atque adeò universim consuetæ Platonii usitatæque loquendi formæ (est enim τὸ πρῶτη λέξις litera prima.)

> Diple ad indicanda dogmata placitaque Platonis (*ἀντίληψις scilicet γραμμὴ ad discriminem paragrapphi: cuius apud veteres unica fuit transuersa lineola.*)

X Chi utrinque punctis notatum ad selectiores quasque sententias verborumque ornatus.

→ Diple punctis utrinque insignita, ad quorundam emendationes.

↔ Obelus (hoc est verū) punctis utrinq: notatus, ad superflua quæque jugulanda.

○ Antisigma (Sicilicū latini vocarint) utrinque puncto vallatum, scripturæ ad usus duplicates & tralationes.

↓ Ceraunus (hoc est fulmen) ad Philosophia institutionem.

X Asteriscus hoc est stellula (quam veteres eo quod videlicet hic pictum: nos hodie ita notamus) ad dogmatum convenientiam.

← Obelus ad improbationem. Atque haec genus quidem Laëtius. Ceterum Aristarchi asteriscobolus, quem auctor affert ex Isidoro, hoc modo pingendus videtur X ←

Quod autem Christiani mendosam retinet scripturam: eam nos doctiss. ex Hottiboni notis in χρήσιμον καὶ χρεόν mutandam didicimus. Quamobrem & nota maiuscula quidem hæc erit ↗ minuscula vero ↙ Dux nimirum T primæ

primæ τε χρονικαὶ τε χειροῦ literæ. A quo postremo & χρυσομαθῖαι nominis origo. Cuiusmodi fuit ea Grammatica Procli, ex qua confectas διλογίας patriarchæ Photij, Andrea Schotti, Friderici Sylburgij, virorum de literis quam optimè meritorum beneficio nuper editas habemus.

Cæterū, ut & id quoque obiter moneamus, eo in Fr. Sixti exemplari, quod nos habemus, quædam quoque mendæ hæc rere videntur, eo in loco lib. 3. ubi hac itidem de re pertractat. Id quod tamen accipiendum non videtur de scriptura Diavoli. Factum namque id veterum quorundam more: qui aut uero aut hac nota v loco b quam sapissimè usi sunt. Quemadmodum in Callimachi editione veteri, pandectis, alijsque scriptoribus quam plurimis videre est: notatque P. Merula super Enn. pag. 547. & 36. & 614. Bobare & Bovare absque discrimine: & pag. 617. Volga & Bulga. Et Iun. Philargyr. super Verg. Bucol. pag. 234. *Vavius pro Bavinus.*

Ecclesiæ quidem erratum typographicum est, cum postea in explicatione rectè scribatur ecclisiæ.

Tē ὑψηλῆ ὥωγραμμενā omissam ὥωγραμματί co-dem refero.

Literæ autem h in ypogrammeno omissio mori rudioris seculi eorum auctorum ex quibus transcripsit Fr. Sixtus tribuenda.

Diplos pro diplos scribendum, leve quidem: sed tamen monere quid prohibet?

Samech

Satnech, & Patach literas Ebreae lingue duas  
nuncupandas periti eius nos docuere.

Obelos anostigmenos scribendus, hacque  
pingendum ratione ↗

Linniscum Latinis fasciolam dici, ex doctissimi Camerarij comment. Nicephorianis di-  
dicimus. Hoc autem modo pingendum ↗  
ex Hortibono.

Diplam denique de qua penultimo loco  
scribendam res ipsa dicitat.

### Ad pagin. 8.

Paragrapphi nota, ut jam ante monuimus, apud Græcos veteres non nisi unica transversaque fuit lineola, uti eos apud auctores, quos supra adduximus, videre est. Cæterum sede Imperij Romani à Constantino Magno in Orientem tralata, ortaque inde Iurisprudentia Græca: διπτετα (id quod sèpè numero depræhendes in Basilicis) in jure nuncupata, indeque per primam eius dictioñis literam significata, ex qua lingue eius imperiti notam eam qua hodierna die utimur fecerint: audivisse me olim puto ex D. Gifanio: Digestorum aiebat apud veteres notam usitatam fuisse D, maiusculum linea træcta confixum, hoc modo **D** aut hoc **B**: cuiusmodi & nos ipsi quoque veteri in numismate quodam vidimus; extatque in vet. monimento Pet. Schotti ad S. Thomam Argentorat. & in vet. in script. Lips. vnde post imperiti f duplex fecerint.

T 2 Ad

## Ad pag. 9.

Notas eas, quib⁹ hodierna die utimur musicas, à Guidone omnes jam pueri sciunt inventas. Discrimen autem quo distant à veteribus, quarum nonnullas refert Boëthius non sat diligenter tamen depictas. omnes à typographo, ut teneamus, non puto inutile. Veteres namque notæ musicæ & phthongos, quas nos hodie voices nuncupamus, absque ullarum lineolarum seu cancellorū adiectione, aut clavę ullo, itemque modum, genusque cantilenæ denotabant: hodiernæ verò diversum penitus quiddā, tempus nimirū tantummodo, nec id semper solæ, sed plerunq; non nisi aliorum signorum adiumento indicant. Hodiernæ tamen multò sunt pauciores quam veteres: quarum numerus tandem ad 50. excrevit, uti ab Alypio (quem tamen integrū non habemus) præ cæteris plenissimè diligentissimèque fuerunt descriptæ.

## Ad pag. 10.

De litera Thau philosophantes legitio Io. Drus. Libræic. quæst. pag. 14. & Iean. Gorop. hieroglyph. 16. pag. 250. &c.

## Ad pag. 37. cap. 9.

Vt studiosi literarum lingue Germanicæ imperiti, præter ea quæ alios apud auctores extant literarum hieroglyphicarum alia quoque habent exempla: ex Hen. Gualt. Riffy comment. Vitruvianis sequentia quatuor, quæ apud latinos auctores me vidisse non memini, exscribe re latinaque lingua explicare visum est. Eorum igitur primum hoc sese habet modo.

En quo-



En quomodo veteres per literas hieroglyphicas, celebre illud ab alijs quoq; usurpatum reddidere dictū: quo **C O N C O R D I A** (ea caduceo, seu anguibus circa caduceum plicatis ligatisq; indicata) quidē **R E S P A R V A S** (formicis significatas) **C R E S C E R E** (proportione namque sic sat magnas factas vides:) **D I S C O R D I A** (quam altera quidē in patere ignis, in altera verò aqua defusa denotat) verò **M A G N A S** (elephantis duobus discordiē quoque in signum discerptis significatas) **D I L A B I** (quomodo enim consistere vivereque possint, hoc modo discerpti) admōnemur.

Atque hoc quidem primum est quod diximus Exemplum: sequitur II.

T 3

Cuius



Cuius hæc est interpretatio. IMPERII (en aquilam avium regem) TENACISSIMUM VINCULUM (id anchora funisque eiusdem, & vinculum seu πλοῦ, ut Græci nuncupant, ostendit) MILITARIS (miles sat aperto huic rei indicio) PRUDENTIA (Anguem namque prudentia notam esse omnes novimus. Aut certè ut ego malim, Imperij temerissimum vinculum fortitudo & prudentia.

Tertium exemplum est id quod sequitur, hocque explicandum modo,


DIVI



DIVI (oculo id indicatur, uti monet Pierius)  
 IVLII (cum namq: eam per stellam crinitam,  
 quz post obitum ipsius apparuit, significatum  
 superstitione ethnica, nimiaque eius temporis  
 adulatione vulgo creditum dictumque ex hi-  
 storijs novimus) VICTORIARVM (palmam  
 victoriz signum esse ut multis moneamus non  
 est opus) ET SPOLIORVM (ea depicta vides)  
 CORDIOSSIMVM (en copiaz cornu utrinque ap-  
 positi significatione) TROPHAEVM (Id quod  
 sat manifesta pictura expressum est.

Quartum denique exemplum à Rissio alla-  
 tum hoc est, petitum ex tumulis Ro. uti videre  
 est apud Georg. Fabric. antiq. lib. pag. 201.

T 4 DIS.



**D**is (oculis duobus significatis) **M A N I B U S**  
 (bicipitium vim eam habere monet Pierius)  
**M O R S** (fusi Parcarum fili abrupti significatio  
 propria) **V I T A** (simpuvio aqua, qua sine vī  
 non potest, pleno subindicata) **C O N T R A R I A**  
 (telum namq; telo contraria ratione collocatū  
 vides) **E T Y M O L O C I S S I M A** (eisdē telis id notatū  
 puto) **C Y N C T A** (rerū hic apparet universitatē  
 vulgō apud veteres usitata effigies) **C A L C A T**  
**S V P P E D I T A T** (id enim innuit calceamentis oso-  
 lea) **R A P I T** (uncus non aliæ rei significandæ)  
**C O N S V M I T** (ignis nimirū instar) **D E S S O L V I T**  
 (ita enim nodi aliaque solent cultro) **M E D -**  
**L I T E** (apis iudicio) **M V F V O S T R I C T I M** **E T**  
**A R D E N T E R A M A N T E S** (faces due ardentes  
 simè colligatae ardentesque hanc in rem quid  
 possint monitu non est opus) **D V O S** (id  
 duobus cypressi ramis ut & obitum fortasse  
 significari)

*significari suspicor) CONIVNXIT HIC (arce  
id ut præster proprium, sive malimus dicere,  
continet hic) EX TINCTOS. Quam sagittæ in-  
terpretationem puto.*

Ad pag. 39.

*Quod de Cimeris tradit Porta, quos Timbres Callabon. ad  
Galli, Germani Geregier vocant, quibus exor-  
nantur cassides ijs in decursibus quæ hastili-  
dia vulgo dicuntur, unde post quoque res  
ad familiarum insignia tralata antiquissimæ  
videtur originis. Si namque rectè memini,  
Proteus Rex Aegypti antiquissimus inde à  
Poëtis omnes aliarū rerum in formas mutatus  
fingitur: quòd & speciei apud suos augustio-  
ris reddendæ causâ, & hostibus terribilioris,  
modò hanc, modò verò rem illam effigicinve  
capiti imposuerit. Et de more prope modum  
consimili Gallorum veterum in militiam pro-  
ficiſcentium Diod. Siculus testatur. Idemque  
de signiferis Romanis extat apud Vegetum.* \*

Ad pag. eandem.

*Quod de clypeis refert auctor, id Herodotus  
Carum perhibet inventum. Cæterum ut & alia  
quoquoniamnulla addamus exempla: Anubim  
canem gestasse, Macedonem verò lupum, scri-  
bit Diod. Sicul. lib. 1. Aristomenem autem  
Messeniorum regem, aquilam alis passis, Pau-  
san. et Virgil. Aventinum Herculis F. clypeum  
& insigne paternum 100. angues cinctamque  
serpentib. hydram. Aeneid. lib. 7. Valer. Flacc.  
Argonaut. 6. versu 53, & sequentibus. Persæ  
phalangem universam fulminis effigiem: ut &*

T 5 Persæ

Per sen ipsum duos præterea dracones auratos, qui linguis inter se obversis gemmam mediæ momorderint. Id autem quod de phalange tota scribit, usurpatum postea quoque testantur auctores per singulas cohortes ab Romanis, rei bellicæ peritissimis, egregijsque disciplinæ militaris cultoribus. Vnde & cæteris in caufis incrementi ipsorum hæc quoque non fuit minima; vt & nostra ætate eiusdem neglegentio apud eos qui bella gerere conantur decrementi eversionisque, me quidem judice. Sed hæc dicitur apud S. De Rom. hac in re more legitatur Stevich. super Veget. de re milit. lib. 1. cap. 23. & lib. 2. cap. 2. & Onuph. Panina. Cæsarib. & Iu. Pier. Hieroglyph. apud quæ vt & in notitia Imp. Rom. multa extant vivaque exempla. Et Iust. Lips. de miss. Ro. lib. 3. dial. 2. & analœct.

#### Ad pag. 40.

Exemplū Pompeij ad annulos pertinet signatarios: quem tamen Sullæ more eria gestasse tropæa scribit Dio Cass. lib. 42. Ut & C. Iulium Cæs. Venetrem armatam lib. 43. & s. Augustū sphingem primò post verò, vt & sequentes Imperatores omnes, imaginem suam, Galbam quoque canem è navi prora prospicente. Plin. Iun. quadriga in sigillo usus dicitur. De qua ve et alijs bac pertinentibus lures. ad Symmachil. 2. ep. 12.

#### Ad pag. 46.

Bedæ locus quem auctor allegat, in lib. iphius de natura rerum cap. 1. extat. Eademq; de re explicat quoq; Iu. Pier. Valer. Hieroglyph. lib. 37. pag. 268. & Cel. Rhodig. lect. antiqu. 12. cap. 43. & Lit. Girald. dial.

e. & Math. Hoff. crudelissimo in libello de emondae. numerat. cap. 8. Atingit quoq; Petr. Ramus arithmetic.

Ad pag 54.

Scytala cuiusmodi fuerit, præter Agelliū ab auctore & Plus. in via Lysand. à Glauburg. sup Trithem, quoq; allegatū, & Anson ad Paulin. ep. 23. vers. 28.

*Vel Lacedemoniam scyalten imitare, libelli  
Segmina pergami tereti circumdata ligno,  
Perpetuo inscribens versu, quod de-inde solutu  
Non respondentes rebus dedit ordine formu,  
Donec consimilis ligni replicetur in orbem.*

Ex recentioribus explicat. Nic. Gerbel. in def. cript.  
Grac. lib. 6 pa. 259. Ia. Mercer. opin. lib. 1. cap. 12. Et Cardan. de varietate rerū lib. 12. & 10. Lonicer. super P'inder.  
olymp. ed. 6. pag. 132. Vbi tamen in quibusc' lā magno pererrat. & Georg. Pictor. philolog. s. ca p. 11. &  
Brecht. et u de arce bombardica: ex quo etiam l. equentis delineationis occasionem desumpli amus.



Vnde autem Trithemius sua habeat: de Archimede, qui consimili ratione usus sit, mihi incognitus fateor. Idem fortasse & do & iiss. Glauburgo accidit, qui locum non annotavit. Ac sanè ni me fallat conjectura, memoria lapsum Trithemium judico, qui id quod paulò aliter de spartanis annotatū legit, Archimedie ea ratione tribuit.

Ad pag. 60.

Caligas auctor hōr: in loco nominare videtur, ut vulgō solent, q̄r: & fœmoralia potius sunt dicta. Caligæ r̄, m̄q; nil aliud sunt quæ calcea-  
menta

menta militaria. Ut jam ante monuerunt Barn  
Brissen. scil. anteq. z. cap. 5. I. Drus. miscell. cene. 1. cap.  
69. Isac. Casaub. super Theophr. charact. pag. 68. & ad  
Sueton. pag. 160. Videantur & act. Apost. cap. 12.  
vers. 8. & Grego. Turon. lib. 6. num. 31.

Ad pag. 131.

In exemplo huius paginæ aut arena mihi ha-  
ret, aut ita scribendum est.

Japox...fl.. ....m. s. i. o., q....m. a. t...t....u... oo.ab.  
et.....e..e..l'c....é....l..o, eo.m...r....n... r. ax...o...  
b.i...q...i..ç..g..hm..q..p..q.a..b..d.oa.a..f.u..l..n..o.  
t.c..b.e..a..r..q..p...r.d.e..d.r.i..f.t..d..m..e..do..q..  
x..z....u..ç..u ..i..l.....o....e..ba...p..ft..co..x..l  
..n..g..hfl..g....h...n....q..a..d.t..g..i...o..et.

Atque huc usque & seq. quoq; pag. exemplum  
deducendum, siquidem huic convenire  
debeat, aut verò & vitia præcedentis  
emendanda, & intra pau-  
ciora comprehendi  
dicendum.



TABV-

TABVLAE, SVMMAM EORVM QVAE  
in præcedentibus libris tractantur,  
coatinentes.

C R Y -  
P T O -  
M E -  
N Y -  
T I C E  
à Porta  
dua-  
bes  
expli-  
catur  
parti-  
bus.

1.  
Protheo-  
ria. quæ  
consistit  
in his  
tribus

2. Fine  
quo li-  
terarū  
hoc ge-  
nere v-  
timur.  
Est au-  
tem du-  
plex.

3. Literarum occultarum seu furtivarum defini-  
tione lib. 1. cap. 1.

1. Occul-  
tatio re-  
rū qua-  
rūdam.  
Cuius-  
modi  
sunt

2. Scri-  
bendi cō-  
pendiū  
li. 1. ca.  
2. & 3.  
Sunt aut  
ēa ad rē  
vī vete-  
res.

1. Sacré. Quo pertinent lit-  
erarū hieroglyph. lib. 1. ca. 2. & 9.  
2. Ad scientias occultas peri-  
nentes.  
3. Gra-  
ves aliae  
Cuius-  
modi  
sunt

1. Ob  
fidio  
nes.

2. Pontificiorū co-  
micioū suffragia.  
3. Magnatū du-  
mo absentium.

1. Senatu.  
2. Scholis.  
3. Convivijs.  
4. Libris auto-  
rum legendis.  
5. Iurisformulis.  
6. Astrologia.  
7. Chymicis.  
8. Musicis.  
9. Arte militari.

3. Utilitate, necessitateque de qua lib. 1. cap. 4.

2. Tractatione ipsa: de qua in sequent. Tabul.

In

In tra-  
tatio-  
ne hu-  
ius ar-  
eis agi  
surpar-  
tiam de-

1. Signifi-  
catio-  
ne oc-  
cultz.  
Ad q̄  
institu-  
endā  
perpē-  
denda  
sunt  
ea

2. Quib.  
fit li.x.  
cap. 5.  
vbi  
rursus  
perpē-  
denda  
hzc  
duo

1. Signo-  
rū qui  
bus in  
terdū  
hāc in  
ré vti-  
mum  
diver-  
sitas.  
Sant  
enīn  
signa  
quēdā

2. per quæ  
fit. E.

2. Enodatione seu interpretatione significationis occultæ. De  
qua locis quibusdam lib. 1. & integro. 3. & 4.

1. Voca-  
lia. Cu  
ius ge-  
neris  
sunt

2. Semi-  
voca-  
lia Cu  
iusmo  
disunt

2. Signi-  
ficādi  
discri-  
mē.D.

3. Muta  
Eaq;  
aut

1. Schema  
ta de qb  
pa.17.&  
se quen.  
puta

2. Lingua  
rum

3. Verborum pictararum-  
que permistio.

4. Linguarum innovatio,  
seu vt Germani vocant  
lingua erythroscirica.

5. Sylla-  
barum. { 1. Transpositio-  
{ 2. Interpositio-  
{ 3. Paragoge.

1. Campanz.  
2. Lyrae.  
3. Buccinæ.

4. Tormenta bellica.  
5. Ictus parietum &c.

1. Aspesta-  
bilia.  
Rerū aut

1. Animata-  
rum. A.  
2. Inanima-  
tarum. B.  
2. Inadinspectabilia, que  
cerni non possunt nisi arte  
adhibita. De quibus lib.  
1. cap. 19. C.

|   |   |   |   |  |
|---|---|---|---|--|
| <b>A</b><br>In fin-<br>gnis<br>adspe-<br>ctabi-<br>libus<br>serum<br>anima<br>tavam<br>et ge-<br>storum<br>cor-<br>poris<br>huma-<br>ni | 2.<br>Solidus<br>eiusdē<br>que<br>partiū<br>puta. | 1. Capitis  | 1. Positus.<br>2. Nutus.<br>3. Vultus.<br>4. Partium certarum<br>habitus puta.  | 2. Oculorum.<br>3. Superaligrum.<br>3. Frontis.<br>4. Genarum.<br>5. Narium.<br>6. Labiorum. |
|   |   | 4. Manū<br>li. 1. c. 7.<br>vbi hi<br>modi   | 1. Gestus idem<br>quibus exprimuntur & numeri<br>2. Contactus earum partium, quarum nomina ab ea incipiunt littera, quam capi-<br>mtere volumus.<br>3. Intinctio digitorum in liquidum quidam, velutque aliud agendo perscriptis<br>ijs quas volumus literis. | 1. Latini<br>2. Græci<br>Hic datur<br>logia sua-<br>cupane.                                  |
| <b>B</b><br>Sigae<br>adspe-<br>ctabilia<br>serum<br>mani-<br>mata. &<br>Fuit aut.   | 3. Pi-<br>cta-<br>tura.                           | 2. Alijs quoq; adhibitus rebus de quo lib. 1. ca. 8.  |   |  |
|   |   | 1. Literarum hieroglyphicarū, de quib. li. 1. c. 2. & 9.<br>2. Armorum, vnde orta sunt familiarum insignia.<br>3. Quæ exornantur.<br>4. Vexillorum.<br>5. Aedificiorum.<br>6. Operum reliquorū. | 1. Parietes.<br>2. Peristomata.<br>3. Lacunaria.<br>4. Fores.<br>5. Clypei.<br>6. Equū capica in hastiludij.  |  |
|   | 3. Interdiu :<br>puta.                            | 2. Noctu, Igne nimirum de quo<br>lib. 1. cap. 10. idque aut ex<br>Pul-<br>vere<br>Fu-<br>mo.  | 1. Composito.<br>2. Impro-<br>viso quo<br>tiescūq;<br>postula-<br>rit neces-<br>sitas. Et<br>litteris al-<br>phabetti<br>distribu-<br>tis aut   | 1. Bifariam,<br>2. Trifariam,<br>3. Quadrifa-<br>riam, &c.                                   |
|   |   | 4. Noctu item, sed lumi-<br>nibus litteris distributis<br>aut   | 1. Qua-<br>drifa-<br>riam.<br>2. Bifa-<br>riam.   | 5. macrum  |
| Vide In sequenti pagina continuationem huius tabule   |   |   |   |  |

5. Manuū  
gestu: de  
quo su-  
pra. pa. 30:  
& 44.  
6. Sculptu-  
ra.

1. Annulorum  
signatoria-  
rum.

7. Scriptura  
cuius intri-  
catio-pasci-  
tur aut ex

2. Numisma-  
tum, &c.

1. Scribendi  
modo cuius  
generis

1. Scytala laconica lib:  
1. cap. 13 & cap. 14.

2. Tabulæ post scriptio-  
nem ceratæ.

3. Caput nuncij stigma-  
tis inustum, &c.

### i. Literarum perplexitate F.

F.  
Litera-  
rum  
perple-  
xitas  
est aut

Veteribus vſitatat  
de qua lib. 1. cap.  
3. & 13. Eaque aut

*Ἄρτιοι χειρῶις*: po-  
ſita nimiriū loco eius  
qua vti cupimus lite  
ræ ordine ipsam con-  
ſequente

1. Quar-  
ta.  
2. Secun-  
da &c.

1. Sigla ab Iurecon-  
ſultis propriè dicta li:  
1. cap. 13.

Notæ Ex-  
que aut

2. A recentioribus ex cogitata: de  
qua sub literis D. G. H. I.

2. Notæ propriè di-  
cte à Iureconsultis, de  
quibus Iac. Cuiac. ob-  
ſerv. 12. cap. vlt. &  
Ioan. Trithem. polygr. lib. 6.

C In signis

|   |  |   |
|---|--|---|
| <b>C</b><br>In signis<br>mutis<br>inadspic<br>stabili-<br>bus hoc<br>norādū<br>est di-<br>scrimē,<br>à medi-<br>is iis de-<br>sumprū<br>quo se-<br>ctionē<br>ipsorū,<br>cōsequi-<br>mur, q<br>quædā<br>ita scri-<br>bantur<br>ut legi-<br>nō pos-<br>fiat, nīsi | 1. Atta nocte. 2. Id quod fit per aquam stillatitiam.                                  | 1. Acetū  |
|   | 1. Nitidularum. 2. Ligni salicis aqua putrefacti.                                      | 2. Vrina  |
|   | 2. Affectione aut conspersio-<br>ne pulveris aut pollinis cu-<br>juspiam. Idque aut in | 3. Adipe  |
|   | 1. Cuta cor-<br>poris humani<br>quod genus<br>dermaticon<br>nunquampan-                | Fit<br>que<br>aut   |
|   | 1. Mali<br>Citrii<br>aut   | 4. Sepo   |
|   | 2. Charta.<br>medici.  | 5. Pin-<br>guedi-<br>ne.  |
|   | 2. Igne<br>adhibi-<br>to. Id<br>quod<br>fit aut  | 6. Gum-<br>mi.  |
|   | 3. Cæpe.   | 1. Gummi.   |
|   | 3. Cujusvis alterius pomi<br>(ut puto) acris,  | 2. Salem quemvis.   |
|   | 4. Cerasorum,<br>5. Cyclamini.<br>6. Fru&tuum aliorum.                                 | 3. Calcem.  |
| 4. Combusta papyro. Id quod fit aut per   | 1. Pu-<br>ram.   | Aqua<br>alumi-<br>nosa.   |
|   | 2. Cer-<br>to mo<br>do pa<br>ratam   | 2. Chal-<br>canthi  |
|   | Scribi-<br>turau-<br>tē aut  | humo-<br>re stilla-<br>ticio  |
|   | 1. A-<br>quam  | Genus hoe<br>hyphasma-<br>ticon, aut ut<br>alii hyphal-<br>maticon vo-<br>cans. |
|   | 2. Char-<br>ta im-<br>mersa<br>in  | 1. Siderum.   |
|   | 2. Vinum certo<br>modo paratu.   | 2. Candela.   |
|   | 6. Aqua hydrargyri affusa.   | 9. Derasa papyro.   |
|   | 7. Charta certo modo deterfa.  | 10. Ovo vel cōsto vel cocto.  |
|   |  | V   |

1. Literarū 1. Ordine, siveque aut  
mutatio. 2. Figurz.  
3. Potestate.

1. Transpositione.  
2. Interpositione.  
3. Paragoge.

dē quibus  
pag. 26.

D. Di-  
scrimen  
signifi-  
candi  
Eorum  
quibus  
fit oc-  
cultata si-  
gnifica-  
tio, de-  
sumitur  
aut ab

Interpretationis facilitate aut difficultate. Sunt enim modi quidam

1. Faci-  
liores,  
qui ni-  
mirum  
fiunt  
aut

2. Diffi-  
ciliores  
de qui-  
bus vi-  
de lite-  
ram  
G.

3. Summè  
difficiles  
qui fiunt  
aut per

1. Col-  
loca-  
tio-  
nis di-  
versi-  
tate  
puta  
aut

2. No-  
tis vul-  
gari-  
bus de  
quib.  
lib. 2.  
cap. 4.

3. Ea-  
rūdem  
exem-  
plo  
ab auctore excogitatis  
confimilibus aliis.

1. Li-  
tera-  
rum

2. Di-  
ctio-  
num  
la-  
do-  
mu-  
per  
versus

3. Av-  
to-  
vocant  
recur-  
rentes  
sou reciprocos

1. Clavem  
Idq; aut  
per

2. Tabellam peculiarem de qualib. 2. cap. 16.

1. Trans-  
positio-  
ne lib. 2.  
ca. 2. Fit  
aut pli-  
neas aut

2. In-  
terpo-  
sito-  
ne,  
Eaque  
aut

3. Ab-  
to-  
χω-  
ται.

1. Literas lib  
cap. 15.  
2. Numeros.  
3. Puncta pag. 125.

1. Alternas.

2. Quaternas mo-  
dō, modō verō zeta  
ternas & modō à  
fronē, modō à  
tergo.

1. Simpliciore, de qua tib.  
cap. 2. & 14. pag. 97.

1. Paulō simplicior.

2. Per ἀρχαγειάδα,

3. Ita ut fin  
gulx q ve  
rā sen  
tēfā perficiunt

1. Lite-  
ra ac  
cupēt  
dicti  
onū.

2. Sylla  
baec  
eupet  
dicti  
onū

3. Initū  
Mediū  
Initū  
Mediū

3. Finē  
adhi-  
bita-  
rum.

4. Planè inexplicabiles omniq[ue] dolī suspicione carentes, de qui-  
bus litera H.

H Mod

|   |   |  |                                     |
|---|---|--|-------------------------------------|
|   | 1. Omni-<br>nō, de<br>qua   | Conficienda lib. 2. cap. 5.  | Conficien-<br>da lib. 2.<br>cap. 6. |
|   |   | Enodanda lib. 3. cap. 4.   |                                     |
|   |   | 1. Continuatio-<br>nem seu confi-<br>niorum confu-<br>sionem: de qua                                 | Enodanda<br>lib. 3. ca-<br>p. 9.    |
|   | 1. Sim-<br>plici.   | 2. Distinctionē<br>perversam: de<br>qua  | Conficien-<br>da lib. 2.<br>cap. 9. |
| H<br>Modi diffi-<br>ciliores<br>rursum fi-<br>unt autra-<br>tione | 2. Paulō<br>intrica-<br>tiore<br>reddita<br>per                       | 3. Otiosarū ad-<br>jectionem, de<br>qua  | Enodanda<br>lib. 3. cap. 1.         |
|   | 2. Intricatione: de<br>qua tabula quā<br>hanc immeditare<br>sequitur. | 4. Superfluarum detractiōne.   | Conficien-<br>da lib. 2. c. 9.      |
|   |   | 5. Brevitatem verborum aut scelerariū.   | Enodanda                            |
|   |   | 6. Regularum Grammaticarum negle-<br>ctionem.  | lib. 3. c. 12.                      |
|   |   | 7. Earum figurarum quibus literæ ex,<br>quarum usus crebrior est, significantur<br>multiplicationem. |                                     |
|   | Dictionum.  | 8. Monosyllabicarum<br>evicationem.  |                                     |
|   |   | 9. Barundem evitatam<br>repetitionem.  |                                     |
|   |   | 10. Intercisionem nota-<br>rumq; inserptionem.   |                                     |
|   |   | 11. Sigla seu literas singulas integrarum<br>dictionum loco positas.                                 |                                     |
|   |   | 12. Dictionum decurrationem, &c.   |                                     |

atio  
 intri-  
 cator  
 modo  
 rum  
 diffi-  
 cilio-  
 rū fit  
 aut  
 per

Rētulas  
 scū orbi  
 rulos,  
 de quib.  
 lib. 2. c. 7.  
 Fitque  
 rursum  
 literarū  
 ordine  
 aut  
 2. Qua-  
 dratum  
 cancel-  
 latū ne-  
 tis q̄, to-  
 tidem  
 quot &  
 literis.  
 l. 2. c. 11.  
 3. Or-  
 thogon-  
 ia seu  
 quadrā-  
 gula,  
 quæ ra-  
 tio con-  
 ficitur  
 aut

Rētulas  
 idque rursum ratione aut  
 id quod sit aut  
 2. Per-  
 verso

- |   |  |   |  |
|---|--|---|--|
| 1. Simpliciore. Id que collocatis cha-<br>racteribus ignotis in rotula. | 1. Mobili, de qua  | lib. 3. cap. 7<br>Enodanda<br>lib. 3. cap. 15.  |  |
| 2. Intricatore. Id quo  | 1. Scripto continuato seu confusis dictionum con-<br>finiis de cuius | Conjunctione<br>lib. 2. cap. 10.<br>Enodatione<br>lib. 3. cap. 18.  |  |
| 2. Ociosarū cha-<br>racterū objectio<br>ne. Idque vel                   | 1. Intra rotulā de cuius<br>enodatione lib. 3. ca. 20.               | 2. Extra rotulam: de cu-<br>jus enod. lib. 3. cap. 21.  |  |
| 3. Ro-<br>tula  | 1. Pro-<br>mota<br>per<br>spacia                                     | 1. Singulā, ut haec tenus<br>in iis quos descripsit mo-<br>dis factum.<br>2. Complura, puta bi-<br>na, terna, &c. |  |
| 4. Quadratum aliud<br>quod sit aut                                      | 1. Quinque li-<br>que lib. 2. c. 12.                                 | 2. Circum-<br>acta in   | Dexteram, ut ha-<br>ec tenus factum:<br>Vel sinistram. |
| 5. Tabulas gradibus   | 2. Quatuor.  | 3. Tribus.  |  |
| 6. Literarum rariorum interpositionem. pag. 121.                        |  |   |  |
| 7. Artes orationis prioribus solentiorum. pag. cad.                     |  |   |  |
| 8. Puncta. ibid.  |  |   |  |
- Notis compluribus de cuius methodo  
 lib. 2. cap. 13.
- Non nisi unius tantam notę delineat  
 tione.

I.  
1. Similitudi-  
ne rerum aut

1. Abditarum, aut ex scientiis ar-  
tibusque gravionibus desumpta-  
rum, de quo lib. 2. cap. 17.

2. Familiarium, necessariarum,  
& alioquin faciliorum. pag. 134.

I.  
Singu-  
lis: pu-  
ta aut

H  
Modi planè  
inexplicabi-  
les omniq;  
doli suspi-  
cione ca-  
rentes fiunt  
aut modis

2. Dictionibus integris signi-  
ficatis unica tantum

1. Litera.

3. Consimilium rerum com-  
memoracione.

2. Nota seu si-  
gno vel cha-  
raktere.

4. Verbis alijs certo ex scriptore hanc in rem cer-  
to modo depromptis, de qua pag. 135.

5. Per bracteam perforatam lib. 2. cap. 18.

6. Per chartam

1. Pellucidam

redditam.

1. Oleo.

2. Cera.

2. Stylo compunctam.

3. Circiao dimicata spaciis  
convenienter inscriptam.

7. Singulis literis per singulas alias hanc ad re-  
spatas dictiones certo modo expressis, lib. 1. ca-  
pite 19.

Compluribus variè inter sece junctis & permixtis, lib. 2,  
cap. 20.

## 1. Viridis incisus cortex, &amp;c.

1. Mater-  
ries in  
qua hu-  
jusmo-  
di occul-  
tantur  
scripta  
l. 2. c. 21.  
Cujus  
generis  
sunt

Ea per  
quæ fit  
signifi-  
catio  
occulta  
triplicis  
sunt ge-  
neris  
puta

2. Sicci excisio: & pōst literas in foramen in-  
ditas, eius ipsius per agglutinatam tessellam  
rurus facta expletio atque coniectio.  
3. Ovum.  
4. Marmor.  
5. Pomum: In quo eo aut  
6. Placenta.  
7. Lepus exenteratus.  
8. Indumentorum latebræ  
cujusmodi sunt.  
9. Vaginarum interiora.  
10. Cutis humana lib. i. c. 15.  
11. Stigmata in nuncii capite impressa.  
12. Canis viscera.

2. Tabellarius per quem transmit-  
tuntur. Habitu nimatum mutato in

3. Iter per  
quod fit  
transmis-  
sio. Cu-  
jusmodi

Aér.  
Idq;  
rur.  
sum  
aut  
per

1. Schedula inclusa.  
2. Literis ipsis incisis.  
3. Fasciæ quibus ve-  
teres sicutum collectū  
astringebant.

1. Calceamenta  
2. Baltheus.

1. Venatoris.  
2. Animantis cuiuspiam.  
3. Mendici, &c.

1. Urinatores, laminis plumbis litera-  
flumina. rum loco brachiis circumligatis.  
Idq; aut 2. Milites aut alios quosvis super utri-  
per bus colligatis per mare aut flumina  
directos.

1. Charta circa pedestre orū ligata  
2. In telū ipsum inscriptis  
Literis  
3. Asttelum ligatis:  
Aves quæ ire redireq; so-  
lent. Cujusmodi sunt.

1. Columbae,  
2. Hirundines,  
3. Coracias.

**FINIS TABVLARVM.**

**JOAN**

JOANNIS BAPTISTÆ  
PORTÆ NEAPOLITANI DE  
FURTIVIS LITERARUM  
Notis,

*LIBER QUINTUS.*

PROOEMIUM.

**I**AM ad ultimum deuentum est, postquam supra quomodo furtiva scripta componantur, & interpretentur scitis super quæ nobis est pertractatum, sequitur ut eos scribendi modos describamus, qui non solum omnium interpretum inquisitionem, & diligentiam frustrantur, sed ne quidem furtivorū scriptorum tantillum suspicionis relinquant, & prius eos prosequemur, qui quidem verborum velamento obducti, interpretem artificiosa interpretatione decident.

## CAPUT I.

*Occulta literarum transpositione aliter  
sine suspicione interpretem deludi  
posse.*



LIQUOS ab antiquis descriptos modos afferemus, cum nullæ certæ præceptiones afferri possint, ut si quis in hanc formam ludere velit, eos imitetur.

Extat igitur Francisci Petrarchæ quædam epistola non inartificiosa, quæ si ritè legatur, laudat, beneq; ominatur, si vero præpostere legatur, vituperat, maleq; ominatur, quæ quia jucunditate non caret, huc adducere non pigebit.

Jucunda ipsa fœlicitate, lætisq; iisdem successibus te prosperis potiturum, nunquam qualibet te passurum adversa, probata re, vera fide &c operibus, amice non fice, vir intimis affectibus gestio: ac jugiter Deum oro. Prolongentur dies tui, nec tibi sit vita brevis. Divitiis affluas: neque careas ergo cunctis optatis: debita quæpiam hæc tuæ virtuti non vitiis, conversus ad commendationes tui: promere volui stylo sonante dispositus fidelitatis in tuas laudes, non jurgia criminandum : si quid fuerit tegens de tui rubore, pandens tua tamen egregia, non infima opera prædicanda. Cognovit moribus perfectum in cunctis quadruplici virtutum cardinalium radio : absque vitorum maculis aspersum sic jugiter extitisse. Virtutum ipsarum ordinem servandum non jam præposterandum ideo duxi: singula ordinata in te facere, quoniam semper

semper novi. Probaste providum in futuris, cavae  
 semper pericula: neque prospera fortunæ nixu a-  
 nimi complecteris. Disposita in te præsentia: soler-  
 ti, non segni studio certa in actibus tuis ostendis:  
 compositum hic animum, nonq; rudem effe-  
 stibus monstras. Amplectenda sunt utique: non a-  
 spernenda operum tuorum gesta, probanda re ipsa  
 exemplorum veterum illustrium memorem: non  
 excordem: nanq; refuisse prorsus & esse homines  
 proclamant prompta, non disaggregata memoria.  
 Tribus itaque temporibus tuus animus manet di-  
 spensantibus in singulis: prudentia omni, ac peri-  
 tia rerum absque cordis ignorantia, quorum cum-  
 que naturaliter insita tibi dilectam te justiciam in  
 judicando foves: præmia bona non supplicia justis:  
 iniquis pœnarum discrimina, non coronas dudum  
 tribuere didicisti. Veritati similis: abdicatis tibi  
 flagitiis, reddis hominibus omnibus sua: non piger,  
 aut iniquissimus censor: servans dubio procul mi-  
 sericordiam in severis: & pietatem in rigoribus sem-  
 per tuis cedens, ex animo clementi in adjectioni-  
 busq; pœnarum: Donator liberalis, nemini parcus,  
 largitor munificus, non avarus. Execraris vicia, non  
 virtutes, mores honestissimos insectaris. Honestum,  
 nilq; penitus est iniquum, quod operaris, & bonos  
 sequeris per omne tempus prius in consiliis, justus  
 in operibus omnibus tuis. Constantem in animo  
 te certè noti ferunt, fœlici statu humiliari, non  
 exaltari adversus eventibus fortem, non depre-  
 sum te reddere. Fortitudinem ac virtutem omni-  
 bus temporibus invincibilem sic servans agnosce-  
 ris. Declinariis animo probo, re vera, famaque  
 publica longa nimis, non trepidus, fervidus, non

remissus, strenuus, non vecors. Diceris apparere sancta modestia, gastrimargia fungeris. Castititia, rejecta lascivia delectaris. Temperatum in verbis, & actibus, cibis, & potibus. Te die ac nocte morum tuorum, ac vitae experti manifestius attestantur. Deo atque hominibus grata in omnibus opera tua patent. Meditaris non jugiter quodque nefas, & pereas anima mala nece. Felicem in gradibus singulis dicere malum reprobandum, te consona veritate perspicua cunctis nota regno dignissimum, indignissimum rure. Cunctis nororia.

At si retrogradè legatur, revoluto ordine, ab ultimo ad primum, & aliter punctis interstinctis, iisdem verbis contraria dicet, ut in sequenti vide-re licet.

Jugiter Deum oro, ac gestio affectibus, vir fide, non amice, operibus & fide, vera re probare, adversa quælibet te passurum, nunquam te potiturum prosperis successibus, iisdemque lætis, felicitate ipsa jucunda. Tibi sit vita brevis, nec tui dies prolongentur, carcas ergo cunctis optatis, neque affluas divitiis, non virtuti tuae præmia debita. Criminandum jurgia, nō laudes tuae infidelitatis, dispositus sonante stylo volui promere conversus ad commendationem tui, prædicanda tua opera insima, non tantum egregia tua pandens, rubore tui detegens si quid fuerit. Cognovite sic jugiter extitisse aspersum maculis vitiorum, absq; quadruplici radio cardinalium virtutum, cunctis moribus imperfectum: quoniam semper novi te facere inordinata singula, ideo duxi præposterandū fam, non servare ordinem ipsarum virtutum. Complectens animi nixu fortunæ prospera, neque pericula

ricula semper caves, futuris te improvidū probas.  
 Monstras effectibus studi, nonq; compositum,  
 ostendis tuis actib; incerta, studio legni, non so-  
 lerti præsentia in te disposita. Disgregata memoria  
 non prompta proclamant homines esse, & te nan-  
 que prorsus fuisse, excordem, non memorem il-  
 lustrium veterū exemplorum, re ipsa probanda,  
 gesta tuorum operum aspernenda, non cuiq; sunt  
 amplectanda: dudum didicisti tribuere coronas,  
 non discrimina pœnarum inquis, justis supplicia,  
 nec pœmnia, foves in judicando injustitiam te dile-  
 etam, tibi insita naturaliter quorumcunque igno-  
 rancia cordis, absque rerum peritia, ac omni pru-  
 dentia, tribus itaque temporibus tuus manet ani-  
 mus in dispositus singulis. Pœnarum adjectioni-  
 bus inclementi animo excedens, tuis semper ri-  
 goribus impietatem, & in severis misericordiam  
 proculdubio servans, censor iniquissimus, aut pi-  
 ger, non sua omnibus hominibus reddis, flagitiis  
 tibi abdicatis similis veritati, Avarus, non munifi-  
 cus, largitor parcus, nemini liberalis donator. Se-  
 cularis inhonestissimos mores, virtutes non vitia  
 execraris. Quod optaris, iniquum, nihilque peni-  
 tus honestum. Omnibus tuis operibus injustus, cō-  
 siliis impius, per omne tempus persequeris bonos,  
 & justos. Inconstantem animo te certe noti te fe-  
 runt, te reddere depresso, non fortē in adver-  
 sisse ventibus, exaltari non humiliari in fœlici sta-  
 tu. Apparere diceris vecors, non fortis, remissus,  
 non fervidus, trepidus, non longanimus, publi-  
 ca fama, re vera, animo probo declamaris. Funge-  
 ris gastrimargia, pulsa modestia sancta, delecta laf-  
 civia, rejecta canstimonia. Manifestius attestantur  
 experti

experti vitæ, ac tuorum morum nocte ac die, cibis & potibus, à cibis & verbis intemperatum. Patent tua opera omnibus ingrata hominibus, atque Deo. Mala nece anima pereas, nam nefas quodq; meditaris. Cunctis notoria te dignissimum rure, indignissimum regno, nota cunctis perspicua veritate consona, reprobandum te malim dicere singulis diebus infælicem.

Athenæus introducit mulierem ventris cæpitum obscure describentem, hoc modo.

*Gravida sū e quidē ô mulieres, sed pudor placet,  
Vestrīs literis fœtus nomen ostendam.  
Recta, longaq; litera est, ex ejus medio  
Adsistit parva, utrinque supina,  
Deinde circulus, cui duo breves sunt pedes.*

Ait se fœtus gravidam, id est fatus distentam, futuri partus nomen Ω A id est putrem ventris graveolemiam. Dum enim dicit recta, longaque linea est, & ejus medio adsistit parva utrinque supina & depingit, deinde circulus, cui duo breves sunt pedes Ω, sed tertium elementum A deficit in textu. Sic etiam Euripides in Theseo absq; literis rudem pastorem introducit Thesei nomen describentem, hoc modo.

*Literarum inscius ego naturâ sum,  
Figuras autem dicam, & manifesta indicia,  
Circulus quidem velutifune dimensus,  
In cuius medio signum est evidens. Θ  
In altero primum linea due,  
Eas separat interjecta una alia. Η  
Tertium, capilli cinnus, tanquā ad volatus. Ξ  
Quartū sane fuit unain rectum ducta linea,  
Super qua transversæ tres obnuntuntur:*

*Quintum*

Quintum explicare haud expeditum est.  
Linea astantes ab invicem due  
In unum ambae concurrunt pedem.  
Ultimum est omnino tertio simile.

**Idem** Agathon Tragicus in Telepho , illiteratus quidam Thesei nomen ita describebat.

*Scriptura primordium umbilicatum in medio circulus:*

*Deinde recte regule due, conjuncte simul:  
Arcu scytlico simile elementum tertium:  
Post hoc tridens in obliquum jacens:  
Exinde regule in unam coenentes due:  
Quod tertium fuit, idem & ultimum.*

**Idem** nomen describentem Theodectes Phaselites rusticum describentem introducit.

*In scriptura primus fuit oculatus in medio circulus,*

*Deinde regule due mensura proorsus equeales,  
Quas per medium connelit transversa regula:  
Tertio capillo in cinnum retorto simile:  
Quartum deinde ut apparebat, obliquus tridens:  
Quintum, equeales magnitudine virga due,  
Quae ambæ in unum tendunt pedem:  
Sextum, ut antea capilli cinnus.*

*De hac occultatione vide plura, supra lib. 2, cap. 3.  
à Pag. 76. usque 80.*

## CAPUT II.

**Quomodo sine suspitione scribere possumus , literis in medio, & principio dictionum occultatis.**

**P**OSSUNT & literæ significatiæ in initio, secundoloco, medio, & variis dictionum locis abscondi,

abscondi, ut possunt etiam interpretem artificiosam fallere delusionem: sed difficile admodum est orationem ita contexere & dictiones, ut suspicionem non ingerant, ut ad communem scribendi usum accommodentur, eaque contineant, quae praesens tempus ferat, ut si sit tempus belli, de bellicis rebus, si de annonae caritate, de annonae contineat, ut si amico nunciare velimus, & literas in principio dictionum occultemus.

MAGIS ATQUE MAGIS BELLUM INGRAVESCAT, CIVITAS DEDITIONEM MOLITUR, ARX INCOLUMIS ADHUC, QUID FACIENDUM, NUNCIATO.

Maximas ago gratias juvenis scientissime, amantissimeq; tibi, qui veniens enunciasti magnam alacritatem. Gavisus ipse sum benevolentia, & liberalitate Leonardi Veronensis merè intimi nostræ germani. Re autē vera ero sine calamitate in tanta cordis jucunditate. Unde ipsum thesaurum amoris semper Deum exoro, divinamque individuam Trinitatem, ipsamq; opiferam nostram & matrem Mariam, opes, liberos, illustres titulos vobis tribuant. Antonius reverenter xri nonoque Octobris Lovaniis, ut mihi ipse scripsit, afferre q; dixit honestam virorum catervam, quam ipse neque duxisset facile à cognito initio eius nativitatis. Desideramus utique multum num valeas: nos eognosci ipsi à te oramus.

Sed ut magis scriptū occultemus, & facilius epistolam componamus, non omni dictionum initio significativam literam committemus, sed una inani interpolata, significativas interpellabimus, hoc modo.

Misericors

Misericors, atq; amabilis Deus, gaudium omniū  
in te sperantium: miserere animæ nostræ. Tibi so-  
li, qui omnia vales, potes, & vivis, maxima sit au-  
thoritas, laus, gloria, honor in sempiternum. Sum-  
ma tui bonitas, amor, & misericordia liberet nos  
laboribus inferni, ut qui mundum tua ingenti po-  
tentia nullo labore gubernas, & regis, ne aspicias  
nostra virtus, miseras & peccata, sed tua caritate &  
ingenti pietate tuere è cœlo, ne inspicias oculis ul-  
tioriis & indignationis tetra commissa, atque erra-  
ta, sed nobis delicta parce, & pie demonstra nobis  
